6
19-b
7

6
15 C
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

21 e 33
6.-19.b.7.

Bibliothecæ Secretæ Coll. Rom. Soc. Iesu.

CVRRVS VALENTINI PASCHALII VTINENSIS,

CVM NOTIS.

Vbi eos, qui curru tum in rei familiaris, tum in ſalutis iacturam abutuntur, ſugillat; Eiſque potius pedibus, quam Curru ire conſulit.

Eiuſdem binæ Elegiæ, cum Notis, ad Viatorem.

BRACCIANI, Typis Andreę Phęi, Typographi Ducalis, MDCXXXVII.

Superiorum permiſſ[...]

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. M. S. P. A.

A. Torniellus Viceſg.

De mandato Reuerendiſs. P. M. S. P. F. Nicolai Riccardij Ordinis Prædicatorum, Opus, cuius inſcriptio *Currus*, & argumentum *Ire pedibus, quam Curru ſatius*: ab Illuſtri, & admodum Reuerendo Domino Valentino Paſchalio, Protonotario Apoſtolico ingenioſè, eleganter, lepidèq; cum duabus Elegijs ad Viatorem, contextum perlegi; nihil animaduerti, quod Catholicæ Fidei, boniſuè moribus repugnet; aut Principum iura lædat: Carmen Notis, exornatum; & honeſta voluptate conditum lecturis præbebit epulum. Romæ, Menſe Septembri 1636.

Ego Andreas Victorellus S.T.D.

Imprimatur Bracciani, Fr. Hiacyntus Lupus Magiſter, & Socius Reuerendiſs. P. M. S. P. Apoſt.

Digitized by Google

Tam Sacris, quàm Prophanis

MAGISTRATIBVS, DIGNITATIBVS, PRAEFECTVRISQ. ALIIS.

V. Paſchalius dicit Salutem plurimam.

BReuibus, Viri Principes, Vobiſcum agam, nec ſanè decet me fore longiorem; ne, dum veſtra ordinatis, rerũque publicarum ſtatum cõponitis; ciuitatesq́. optimis inſtitutis, ac moribus munire, & exornare, eaſdemq́. ſi opus aliquando foret, armis tueri ſtudetis; efferatos hominum animos ſupplicij fræno compeſcendo, atque alios ad virtutum, bonarumq́. ſcientiarum ſtudium propenſos præmiorum calcaribus ad maiora promouendo; ne, inquam, in publica commoda peccare videar; ſi vos hiſce meis ſubceſiuis, fortaſſe non omninò inutilibus, parergis diutius detineam.

Non de plauſtris, aut carris, quos ad militiæ v-

ſum

ſum in conuehendis impedimentis, tormentiſq. bellicis tranſportandis neceſſarios eſſe ſcimus, ſermocinabimur; nec de Ciſijs, Birotiſq. alijs, quibus ad auehendas Vrbis quiſquilias, ad eiuſdemq. aſpectum perpoliendum, ad cæteraſq. domeſticas vtimur commoditates, eſt vlla controuerſia; nec in Rhedas, aut Carpenta, quæ Viris dignitate præſtantibus decernuntur; decoriq. habentur; hic inuehimur: Sed eos commonefaciendos, eiſq. oculos aperiendos eſſe duximus; qui nulla Currus, reiq. familiaris habita ratione ad Prẹſulatum conuolantes dignitatis faſtigium, curruſq; faſtidium ferre, ac ſuſtinere nequeunt. Hinc fit, vt plerumq. vix peracto aulico tirocinio, receptui canere incipiant; conuaſatiſq. ſarcinis, Aulæ vale dicere; & ad domeſticos lares, ſiuè ad Agnatos, quod aiunt, repedare cogantur.

In eos verò, qui, cùm ſint inferioris ſubſellij; nulla ſcilicet nec publica, nec priuata exiſtimatione dignandi; Currum alere, illumq. ſcandere, perq. Vrbem vectari, viamq. latam etiam mannis terere non erubeſcunt; animaduertendum, eorumq. audaciam reprimendam eſſe vel ipſa Nemeſis inſolentiæ, & arrogantiæ vindex iudicaret; ne dum Vos, qui in publicam honeſtatem, & modeſtiam inuigilatis; officium corrigendorum morum tam neceſſarium tueri, ſeruareq. deceret.

A pri-

A priſcis Quiritibus vſque ad eorum vltimos Cæſares,ſuosq. illos Pontifices,ac Sacerdotes ad vnguem fuit obſeruata perſonarum diſtinctio; præter enim quàm quod Toga, Galero, lunatis caligis,capillorumq.tonſu dignoſcerentur; Curru,curuliq. ſella diſtinguebantur: Non quidem cuiq. vehi; nec quò quis vellet ire curru, permiſſum: Magiſtratibus maioribus ſella Currui impoſita,ideò dicta Curulis,tanquam dignitatis argumentum, concedebatur; in qua ſedentes ius reddebant; eisq. poſt depoſitas dignitatum adminiſtrationes ſoliti honores, vt prius deferebantur; nec tanquam incognitos præterire fas erat, abſq. inſigni honoris contẽptione, temeritatiſq; pœna Impp p.Grat.Valentin.ac Theod.ſanciẽtib.

Nemini præterquàm Pontificatu,ſacerdotiovè præditis Capitolium Carpento aſcendere dabatur: Ab Vrbis initio non Curru, nec equo Triumphantibus vehi, ſed pedibus ire tantum licitum; mox equo, ac demum Curru quadriiugo, non autem albicantibus equis iuncto triũphari cæptum. Camillus ille Romanæ libertatis vltor, & cuſtos, quia quadrigis albis auſus per Vrbem vehi, quod nec antè, nec poſt vlli Ducũ permiſſum eſt; mulctatus fuit inſolentiæ; ſoli enim Ioui albis quadrigis vehi, eidemq. illis tonare ab illa rudi antiquitate licere credebatur:

Cæte-

Cæteris vehi eburatis, æratisq. curribus; ſolis autem tam Prætorio, quàm Vrbi Præfectis aurato Curru, & eo ex publico vti conceſſum: Inter Vrbis Præfectos eminebat Mecænas, cuius magnificentia de ſuo nomine illud liberalitatis adhuc viget adagium; vt eos, qui viros ingenio aliquo præſtantes prædicantur liberales, ac magnifici; Mecænatis titulo appellemus: Vltrò non precibus, nec muneribus is emptus ad omne amoris, ſtudij, pietatis officium paratus amicos promouebat, ac ditabat: Vrbs Roma eius fidei, ac cuſtodiæ commiſſa erat: quanta cum dignitate eius præfecturam; cui ipſe honorem potius dederat, quàm inde acceperat: egerit, clarè canit Horatius Ode 29. lib. 3.

Tu Ciuitatem quid deceat, ſtatus
    Curas, & Vrbi ſollicitus times
Quid Seres, & regnata Cyro
    Bactra parent, Tanaisq. diſcors.

Olim pro vario Regnantium more, & arbitrio ambitioſus Curruum ornatus, & faſtus ex Vrbe exulauit: Hadrianus Imperator vehicula in Vrbem ingredi prohibuit; (Spartiano teſte in eius vita) quam legem hodie in Vrbe neceſſariam eſſe monet ibi interpres: Equo vehi, non autem vehiculo in Ciuitatibus ſancitum ab Imperatoribus Seuero, & Aureliano; Vopiſcus, &

Capito-

Capitolinus in eorum vitis autumant; Moris deinde fuiſſe, vt omnes ſuæ dignitatis Curru infrà Vrbem vterentur animaduertit Q. Symachus in Epiſtolis: Quam ob rem, ſi Curribus locus dandus; eorum tantum Curribus, qui dignitate aliqua præſtant, vbiq. concedendus.

Vos autem qui pompoſo, ac ſellulato Curru delectamini,& in eo, tanquam pro tribunali ſublimes ſedetis; Illius humanarum rerum circuli; de quo in Calliope Heſiodus;valdè memores eſſe velim: Suum vnicuiq. noſtrum ait iſtiuſmodi ineſſe circulum, vt, ſi eius rotatione hodie prouehimur, cras actutum deuehamur: ità ſe habet rotatim humana conditio omnesq. impartiuntur ſortes; vt ſemper nos agere proſperè non permittatur: Operæ igitur veſtræ pretiũ eſt; vt ab illo Currus ſupercilio aliquando deſcendatis; ambulationis beneficio fruamini, atque in Orbis ſcæna partes vobis ſemel oblatas ſuſcipere; foroq. vti ſapientius; ac diutius valeatis: Nec de veſtro quicquam remitti putetis,ſi cum ijs colloqui, conuerſariq. contingit; quos Natura vobis pares; & fortuna impares, ac pedeſtres fecit: Vſu venier, vt aliquando & ipſos è pedeſtribus in Equeſtres, & Curules meritò euaſiſſe ſuſpiciatis, & ſuſpiretis: Pedibus incolumitatis gratia,& ſtatus incumbite, & Valete.

De hac

Digitized by Google

De hac operis lucubratione
HIERONYMI CARRACCIOLI
Cler. Reg. Commendatio.

CVrrum Notis egregiè phaleratum percurri: ſicut huius lectio iucundiſſima; ſic cæterorum curruum vectio moleſtiſſima: Hic rei domeſticæ, ac valetudini non minus facundè, quàm fecundè conſulitur: Circa curruũ frequentiam ſedulitas meritò redarguitur: Huius itaque currus lectionem habendam; aliorum verò peſtem peſſum dandam eſſe laudarem.

Operis Laudatio
DAVIDIS FERRERII MED. & PHIL.
Burdegalenſis.

IN perlegendo Librum, Currus, *inſcriptum; vt vidi quantum in re tenui deſudatum, perij admiratione; nec me, nec Authorem malus abſtulit error: Contrà malos hodierni temporis mores, reiq. familiaris dilapidationes, ac ſanitatis incuriam, optimum, ac neceſſarium alexipharmacum hic eſſe ſignifico, & Authori encomium non vulgare deberi confiteor.*

Eiuſdem Operis
M. ANTONII CONTII
Commendatio.

CVrrum cum Notis magna cum animi mei voluptate relegi, in quo nihil, quod reprendi poſſit, deprendi, ſed dignum, quod inter hominum verſetur manus; inque lucem edatur, ſeu mauis, tanquam nouum edulium, iucunditate plenum, conditumq. ſalis planè edatur, dilaudo: Et Aulam ſequentibus, quibus aura Principum parum fauit, non mediocriter profuturum arbitror; ideò Authori, quod ſibi Poetarum maximus auguror.

--- in tenui labor, at tenuis non gloria.

VA-

VALENTINO PASCHALIO

ANTONIVS QVERENGVS.

Tàm benè, Paſchali, Pindi per culmina curris,
Vt curſu nemo te ſuperare queat:
Curris, ſed miro ponis veſtigia greſſu;
Vt videam è curſu dulce venire melos.
Dulcè quidem curris, ſtrepitus procul eſto curulis;
Non curru, nec equo, qui pede præſtat, eget.

IN VALENTINI PASCHALII OPVS.

MARTIVS MALACRIDA.

Odi, quæ docto Paſchalius arguit ore,
Currus, Aurigas, hoc genus omne mali.
Mille licet fugias dubiæ diſcrimina vitæ,
Curru ſi veheris, mille pericla time.
Vixiſſet Phaeton, ſi non tetigiſſet habenas,
Et procul à curru ſi tenuiſſet iter.
Hinc tu, quiſquis ades, vitare pericula doctus,
Iam procul à rapidis viuere diſce rotis.

INCERTVS.

E curru cecidit Phaeton; caſumq; Sorores
Eridani ad ripas ingemuere Deæ;
Intrepidus Cæſar, potuit qui dicere Nautæ,
Me vehis; inuito flumine tranat aquas:
Quin volitet currus, quin corruat inde ſupinus,
Aurigæ haud potuit dicere; ſiſte ratem.

Digitized by Google

Sis quicunq; velis; caueas conſcendere currum;
Vt Mulus, Currus, calce ferire ſolet.

PETRVS ANTONIVS GABRIELIVS
Patritius Romanus.

Currum cur non euitem, ſi currus iniquus?
Cur non hunc & amem? ni pedes ire licet?
Hinc igitur; pede dum valeo, procul abſit; & adſit
Huc idem; ſi non pes mihi compos adeſt.

AD PEGASIDES MVSAS
NICOLAVS PASCHALIVS I.V.D.
Ex Fratre Nepos.

Dudum fert animus veſtrum mihi viſere montem,
Ac nitido ardentem fonte leuare ſitim.
Ad vos arcta via eſt; nec facta rotabilis vlli;
Pes neque promittit ſcandere poſſe iugum.
Ni pedibus licet ire; minus licet ire vehiclo:
Dicite Pegaſides, qua ratione queam?
Non facit ad Muſas currus, nec ad ardua ſaxa;
Pes vbi planta poteſt ſiſtere, quippè facit.
At, ſi fortè nequit conſiſtere: Mutuet alas
Veſter Equus; potero ſic ſuperare iugum.

AD VECTOREM
VALERIVS PEREGRINVS I.C.

Te monet, abſtineas curru, Paſchalius Author,
Nudaſe officio ne videare pedes:
Dum currum ſcandis, noſcas te carcere claudi,
Et te te rapidis ſuppoſuiſſe rotis.
Vati crede pio, queis præſtas, vtere plantis
A vinclis liber, tutus ab exitio.

IN

IN AVRIGAS ET CARPENTARIOS
IO: FRANCISCVS FARRONIVS I. V. D.

Hinc Auriga procul valeat: valeatq. vehiclum;
Et ſtudeat pedibus pergere quiſque ſuis.
Piſtrinis ſudent Bigæ, aut damnentur aratro,
Linquat Equos Rhedæ Rector; agatq. boues.
Curribus indixit bellum Paſchalius ecce;
Quiſquis es, haud curru, ſed pede perge viam.
Vt valeas, pede perge viam ſtudioſius; Et Vos
Fabri aliud Vobis confabricetis opus.

IN ALIOS CVRRVS.
DAVID FERRERIVS MED. PHIL. Burdegalenſis.

Eſt onus, eſt & honos currus; ſed honore ſub ipſo,
Si neſcis certum conſtabulatur onus.

I D E M.

Rodit Rheda, coquit currus, vexatq. vehiclum,
Aut hac, aut alia voce vocetur, obeſt.

D E C V R R V

M. ANTONIVS PETILIVS Montecoruinas I. C.

Currus agit curas; ſeu currere, ſiſtere ſiuè
Curet; currus edit ſemper, & vrit Herum.

IDEM

IDEM AD CVRRVM.

Nil tecum commune mihi, nequiſſime currus.
Ipſaque mors tecum, & te ſinè vita mihi eſt.
Non niſi dum curris, dignaris nomine currus,
Et, dum ſtas, alio nomine dignus eris.
At quo dignus eris? Dominis ſi noxius, vnà
Ipſiuſq. tui, perfide, ſemper edax?
An peſtis tibi nomen erit? voret omnia quamuis,
Non tamen in ſeipſam ſauit; at illa fugit.
Ignis erit nomen: niſi, quid conſumat, habebit
Ignis, ſe in cinerem vertit; & inde perit.

SCIPIO G. M. T.

Hexaſtichon.

Et Curru potis eſt æquè Paſchalius, atque
Ire gradu, pedibus ſed tamen ire placet.
Sollicitis quia cui pedibus placet ire, ſaluti
Proſpicit, & rebus conſulit ille ſuis.
Cui cordi Currus; certè ſit pauper, & æger.
Paupere, & ægroto peius in Orbe nihil.

INCERTVS.

Currus non adeò ingratus; ſe cuique remittit,
Et quoſuis, pedibus ni licet ire, vehit:
Seq. Viris facilem præbet; quibus inclyta veſtit
Luna pedes, quibus & ſacra Tiara caput.
Inuito ſed qui curru peragare per Vrbem
Nititur, & currus ſtridet; & ille gemit.

IDEM.

Carcer amara domus; ſedes non libera currus;
Et domus, & ſedes manſio dura nimis.

CVRRVVM EPITHAPHIVM.

Curribus æternam requiem iam dicite Vates;
Hic adeò tandem, qui nocuere, iacent.

LEGEN-

LEGENTIBVS SALVTEM.

INeruditi, à Muſis prorſus auerſi ſtatim atq; in aliquod carmen incidunt; vel illud naſo ſuſpendunt ; vel illo ſeſe abſtergunt, ac neſcio quo malò affecti prius detrahere, quàm legere incipiunt; illiberaliq; quodam faſtigio reſpuunt, deſthomachanturq; omnia: Verùm enimuerò vbi Notę, vel commenta animaduertunt appoſita; ſubſiſtunt, volutant, volutandoq; ſaltuatim lectitant, & alternatim contrahentes ſupercilia ad emptionē tandem pelliciuntur; pluriſq; facientes mantiſſam, ſeu corollarium, quàm ipſum obſonium, nec lectionis, emptioniſq; huiuſmodi pœnituiſſe ſe putant: Varius ſanè eſt hominum appetitus, Poeſis vna cum rerum, diſciplinarumq; omnium guſtum teneat; ac quorumcunq; ſaporum ſit planè conditum edulium, velutiq; illud manna prodigioſum ſapores omnes, quos ſibi pro libitu format, ſomniatuè palatum, egregiè referat, à quibuſdam lautitiarum nauſeabundis reijcitur, ac peſſumdatur; guſtatus adeò proſtrati reperiuntur homines, vt humano cibo poſthabito, ſuino paſci malint.

Quæ, & quanta præcipuos naturæ indagatores terrarum, ac marium menſores latuerunt? à Philomuſis, qui è Pegaſeis fontibus hauſerunt, niſi propinata fuiſſent; adhuc laterent hos Philoſophantium Satrapas ſitique perpetuò laborarent? Nemo ex iſtis in animum ſibi inducere potuit; ſub Zona torrida Mortales degere; nemo propè credidit alterum Orbis hæmiſpherium inhabitari, ſeu veſtigia noſtris aduerſa tenere poſſe, quin in caput relaberentur: Inuentus autem eſt, qui poetico afflatus ſpiritu cæcis oculos aperuerit; ac cecinerit.

——— Venient annis
Sæcula ſeris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus; Typhisq́ nouos
    Detegat Orbes.
Nec ſit terris vltima Thyle.

Hinc ex his, quæ præmonſtrauit Vates, animatus Columbus, deindè Americus nouos Orbes circumnauigato Oceano detexerunt, atque inſpexerunt; ac terras Sacris imbuerunt ritibus, nouisque exornarunt vocabulis; ad Chriſtianamque adduxerunt frugem: Quis cœlum ignoratis Poetis probè guſtaret? qui ſuis doctrinæ figmentis, non quidem inanibus indi-

cibus

cibus, indigitant ſtellas, earundemque motus, ac virtutes obſeruantes, nihil, quod Mortales lateat, non patefaciant? non præmonſtrent?

Poeſis itaque atteſtante, Strabone, cum ſit prima philoſophia, ac vitæ à prima ætate formatrix; & indè Poetam ſolum ſapientem appellari poſſe aſſerat; loquelæ, cuius munere à brutis præter rationem, omninò differimus; tanquam moderatrix, ſedulaque obſtetrix nos erudit, ad humanitatemque informat; vt quæ correpta, ne corrupta proferamus; & quæ producta, conciſa, contractaque inuoluamus; diligenter obſeruet, ad eruditum, ſuperbumque aurium iudicium appellet: Vſu ſæpè venit; vt, qui habiti fuerint ſapientes, quia inter loquendum fædè in ſolæciſmos inciderunt; infantiſſimi exiſtimati fuerint; & ab illo ſublimi epithymiæ vehiculo ad humum deturbati iaceant, ac frigeant: ſcientia ſiquidem abſque ea, quam præſtat poetica eruditio, dicendi facultate; infantia pura puta iudicanda.

Facite vobis amicos Poetas, vt & erudiamini, ac vt per ſcientiarum campos ſpaciari liberius diſcatis, nullaque tædij interpoſita mora perueniatis ad ſinceras Muſarum delitias; Cauete, ne Poetarum ingenium vobis infenſum habeatis, ſumantumque eorundem naſum irritetis;

tis;

tis; quemadmodum nullum hominum genus vrbanius, quàm Poetarum, ſi cum illis benè conuenietis; ità, ſin eos laceſſeritis, nullum iratius, ac inhumanius; qui, veluti canes, vel in lapidem ſæuiunt: Non Vatum commertia, eorumuè opera prorſus reſpuatis, abijciatiſque.

Non vobis, quibus non iratę Muſæ, nec Gratiæ; Notæ lenocinij loco hic erunt; nec omnium quidem, quorum declarationes huc afferri poſſunt; adduntur: ſed rerum quarundam, quæ lippienti fortaſſè minus claræ videntur, fit explanatio: Nil quidem acceptius, quàm dicendi, ſcribendiuè facilitas; nihil itidem eadem facilitate difficilius, dicendi enim facilitas, inquit Pater Scaliger in ſuo Poetices libro, affert benè dicendi difficultatem: Cœtera cum plana ſint, Grāmaticorum tribunal non erit appellandum:

Habetis, niſi claro meridie cæcutiatis, quò confidentius ambulare poſſitis, veſtriſque pedibus itinera vſurpando, eademque metiendo, repudiatis vehiculis, valetudine vti proſperrima: Ambulate igitur, valetudinique veſtræ cōſulite; Experientia enim ſtadium vnum pedibus permenſum plus, quàm reliqua ſeptem curru confecta ſanitati, incolumitatique conferre compertum eſt.

Manum à tabula tollere neſciebat Author;

Ele-

Elephantum è muſca fecit: curruum luxuria, ac colluuies multum materię ſuppeditabat: vt alibi aliàs de ſe ipſo cecinit.

> Vrceus, inſtitui qui cęperat; exit in amplam
> Metretam; tangente rotam pede, dextra figurat
> Maius opus, quàm mente ſua conceperat Author.

Phalecium ſanè carmen adeò gliſcebat, vt in immenſum euaſiſſet, in idemque Notæ ſuppullulaſſent, niſi pluribus reſecatis, ad honeſtatem omnia redacta fuiſſent: Iſtiuſmodi operis, quod vobis propino, argumentum eſt.

Pedibus ire, quàm curru ſatius.

Iuriſconſultorum axioma ſœpius inculcatum eſt; quod titulus, vel lemma, ſeu Rubrica iuxtà textũ, cui præfigitur, intelligi, ac declarari debet, l. aſſe, ff. de hæred. inſtit. Huius itaque Hendecaſyllabi lemma ad ipſius textus normam dilatandum, ac reſtringendũ venit: Non hic in omnes Curules inuehitur; ſed in illos tantum; qui nulla publica, nec priuata præditi dignitate; pedibus cum valeant, ac vigeant; viæque cum minimè ineptæ, ſed benè ſtratæ, ac percommodę ſint; curru, quàm pedibus, magno ſanitatis, reique familiaris detrimento, abuti malint; cæ-

teroſque

teroſque omnes, qui iter habent pedeſtre, tanquam humiles pediſequos parui, flocciqué præ ſe vnis ipſis faciant; pro nihiloqué ducant: Hinc non vt paradoxum texere videatur, ac Miſihamaxus, oſor ſcilicet curruum, habeatur; ſed, vt veritati locum, viamqué faciat; non gloriolæ aucupandæ gratia, ſed quodam pietatis offitio motus Author pericula, ac diſpendia, quæ iſti curules tã inſipidè, ac intẽperanter incurrunt; detegit; & eorundem nõ tolerandam inſcitiem ſtilo inſequitur, ac non ſinè aliqua narium, poſticæqué ſannæ liberaliori indulgentia proſequitur; vt relicto, & abominato curriculo, malorum plurimorum metropoli, ab huiuſmodi intellectus deliquio, in ſe ipſos reuerſi, aliquando reſipiſcant, ad ſanitatemqué redeant. Ambulate, vt valeatis; &, vt ambuletis, iterum valete.

Digitized by Google

AVTHOR

Mihi qui maledixerit, quod illum
Iter conficiat pedeſter, olim
Hortatus fuerim ſalutis ergò,
Illi diſque ſuaſerim vehiclum:
Illi nil aliud precabor, atque
Mentem; &, ni reſipiſcat, imprecabor,
Fiat perpetuò curulis, ipſo
Vexetur, quatiatur vſque Curru.

IDEM.

Quiſquis legerit hunc meum libellum,
Et non iuſſerit hinc valere currum;
Nec poſthac pede libero expeditum
Iter fecerit; impeditus eſto.

Qui non legerit, at ſubinde currum
Ceſſim viderit ire, & ire peſſum;
Ac non, alterius malo peritus
Sibi viuere cauerit; perito.

Digitized by Google

EIVSDEM
Iambus purus.

Libellus iſte, quem legetis, aulicæ
Sodalitatis otioſa pagina,
Reſecta rebus vndequaque ſerijs,
Ait tuliſſe debitum domeſtica
Rei; ſalutis optimumq. pharmacum:
Iubet valere curruum frequentiam,
Curuliumq. quiſquis optat euehi;
Relegat hinc, & hinc moras, & obices
Ferunt vehicla quos vbiq; & vndiq;
Et ante, quàm iugatus axis, integer
It annus, hora & interit negotij:
Viam ſecare copijs pedeſtribus
Docet, fugatq; curruum moleſtias,
Inutiles Vehentiumq; nenias;
Suo relinquit omnibus vehiculo
Frui, quod Ordo poſcit, atq; dignitas:
Viris decora Rheda ſola debita
Grauem repellit, euomitq; ſarcinam;
Nec iſta queſq; vectitaſſe ſuſtinet,
Suoue quoſq; nec tegiſſe tympano;
Quibus nec vlla dignitas vehiculi,
Nec vlla publicisq; ſella muneris
Adeſt; adeſtq; ſi qua, cenſus haud adeſt;
Adeſtq, ſi quis; omnis eccè gratia
Abeſt curulis; hinc, & inde claudicat.

CVRRVS

Digitized by Google

CVRRVS.

VALENTINI PASCHALII ARGVMENTVM.

Pedibus ire, quàm curru ſatius.

IPſe ego potius pedeſter irem,
Quàm curru veherer; modò & valerẽ
Crure, & ſtrata pateret haud inepta.
At callus ſolet ambulatione
Obduci pedibus, ſed iſte plantis
Illotis ſolet euenire morbus.
Quin callum natibus magis moleſtũ,
Qualem clunibus aridis Pitheci
Aſperſum potes hinc, & hinc videre,
Frequens ſeſſio curruum reponit:
Pes fit latior, & minus politus
Ambulonibus: At nates obeſat
Sedes, & vitiat ſedile ſedem.
Ambulo Nebulo videtur: imò
Vector fit Nebulo; altius feruntur
Inanes nebulæ; petit, teritque
Maternum pedibus ſolum Viator.

Obiecta Pediti diluuntur.

Digitized by Google

Morbi è curru vectione.

Morborum venit ilias frequenti
E curru: Hernia turget indè, & indè
Pallor fit; facies ſtriata, & indè

Mæroris ſoboles. Silentiũ. Nariũ criſpatio. Inappetentia. Vertigo. Flatus Hyppocõdricus. Renũ dolor. Arena, & ex ea calculus. Calculus mortis præſagiũ.

Mæror, triſte ſilentium, ſupinus
Naſus; hinc dapis horror, hincq; vertex
Rotatur lolio; ſubindè venter
Sub tuſſis tunica, ſinuq; muſſat;
Ac diſrumpitur hinc vterque lumbus;
Renibus cumulus fit hinc arenæ;
Eſt, ſi migrat in aſperum lapillum,
Mortis nuncia, contumax arena.

Comparatio curulium cũ cruſtaceis. Pedum pernicies.

Molleſcit veluti, ſilente Luna,
Gens cruſtacea; ſic ſolet perenni
Curru mollis, & exos eſſe Vector:
Pedum pernicies, catharrus angit
Nodos: Quàm meritò pedum dolore,
Vſum qui refugit pedum, laborat.

Simile è Vulpe.

Currũ non equidẽ improbo, notouè;
Vt vulpes Ceraſum improbabat olim:
Supellectilis id mihi paternæ
Relictum, & ſuperadditum colenda

Vrbani Octaui benignitas.

VRBANI Domini, Patriſq; Patrum
Summi Pontificis benignitate;
Vt Rhedam quoq; nos alamus ipſam:
At, ne ſit mihi vita acerba, donec

Digitized by Google

Me meis pedibus feram; curulis
Omnis cura procul, procul moleſta
Aurigę ſtabuletur impetigo:
Ferre me niſi poplites valebunt;
Quàm curru quatiar, prius ſubactis
Me tibicinibus feram, trahamq;
Onus, non honor eſt, decus nec vllũ,
Nec ſalutiferum vehi per Vrbem:
Quæ ſolatia, quæuè nam voluptas
Eſt vehi? aſſiduo quatiq; curru?
Atqui non vehimur, ſed vſquequaq;
Vexamur (benè ſi notas) vehiclo.
Nemo quippè ſenex amat vocari;
Sit quamuis venerabilis futurus;
Verùm, qui vehitur, ſenex vocandus,
Atque impos cerebri, exq; tibiatus;
Nam, dum præcipiti rotâ ſenectus
Mortis principium, viamq; ſternit;
Viſus pręmoritur, deindè ſenſim
Inceſſus; velut ille ſuſtinetur
Vitro; ſic baculo iſte, ſeù vehiclo.
Specillis oculus ſolet tueri
Vt ſemel, minus incipit videre,
Et ſine his penitus videre neſcit;
Sic curru ſemel aſſuetus vti

Vehi onus & inſalubre.

Vehiculi etymon,

Vector quare ſenex.

Viſus, & inceſſus præmori ſolent.

De ſpecillis ad currum comparatio.

Pes, curru ſit hebes; nec abſque curru
Scit incedere, vel mouere greſſum:
O noſtrí nimium Tyrannus vſus.

Vſus Tyrannus.

His non ſubijcitur malis Viator:
Lomento ſibi nòn opus, nec arcta
Tænia tumidas ad hydrocellas;
Humores prius, ac fluant, repentè
Citato pede diſſipat; nec vlla
Huic triſtis facies, colorvè teter,
Cibi nauſea nulla, pituitam
Infeſtam ſtomacho repellit omnem,
Obſonatq; famem deambulando;
Ducendus ſibi cauſtico canalis
Non eſt, quò magis excitet palatum;
Et reddat magis hinc ſalubre corpus:

Viator liber à malis, quib. Vector ſubiectus. Hydrocella Herniæ ſpecies.

Obſonare famẽ ambulando.

Malè ò ſit Medicisq; pharmacisq;
Noſtri pars bona ſpiritus (ſemel iam
Credas) ex cauterio recedit:
Hinc nobis vigor effluit; venitq;
Præcox canities, malesq; rugæ;
Siuè brachia; ſiuè crura inuſtis
Aeternùm noua ſeruitus paratur:
Malè ò ſit Mediciſque, pharmaciſque:
Sat Natura ſuis cauis, foriſque,
Noſtris corporibus benigna cauit:

Inuehitur in cauterium.

Ex caut. vitalis ſpiritus exhalatio.

Canities Rugæ Præcoces

Hoc pes ſollicitus, quod ocioſus
Aufert, reſtituit bonum ſalutis:
Cui ſedes tumidis ſcatet mariſcis,
Gemmaſcitq; tumens corona; currum
Prorſus linquat;& ambulet; ſedendum
Si fortè eſt; ſedeat, cubetq; molle:
Hoc morbo ancipiti, ſituq; tetro,
Non exercipedes; ſed ocioſi,
Aut exercinates ſolent grauari:
Tabum diſtrahitur perambulando.
Sexcentisq; domeſticis medelis
Subſidet tumor, ac liqueſcit, atque
Rupto folle fluit; ſtatimq; morbus
Ceſſat, ac venientium moleſta
Morborum ſeries repreſſa ſiſtit;
Ac ſic lætior æger indè ſurgit.

Sedis tuberculis, ſeu hæmorroidibus laboranti vectio inutilis. Hæmorroides cur morb anceps. vide in Notis.

Quis non ſe incolumem tuetur, atq;
Rurſus non iuueneſcit ambulando?
Ambulatio aperta quàm ſerenat
Vultum, & cor recreat; ſuas aperto
Cælo pulmoq; fimbrias relaxat,
Et præcordia ventilat flabello:

Ambulationis bonum.

Vrens, frigida, ſeu loquax, ſilensuè
Non ſit, ſed neque ſerijs moleſtis
Ambulatio, ſed iocis amica,

Ambulatio qualis

Sim-

Simplex, libera iurgijs, maliſq;
Circumciſa negocijs, moraq;

Purpurati quando felici.

O quàm purpura quos venuſtat, eſsēt
Felices; aliquando ſi liceret
Metiri pedibus ſuis patentes
Vias; viſere Cœlium, aut Quirinum,
Tarpei, Capitolijuè celſam
Arcem ſcandere, ſolitudineſq;
Auentine tuas, Palatijq;
Cadauer proprijs iacens ruinis
Circum, interq; meare; præterire
Non tamen querulo abſq; murmurillo,
Amœniſq; alijs frui ambulacris;

Abdicare ſe curru vtile.

Et ſalubriter, & diù vigebis;
Et longæ, viridiſq; eris iuuentæ;
Currum ſi fugies, Pedeſq; perges.
Erat tempore, quo graues Quirites
Viuebant magis, ac magis vigebant;
Currum gratia rara, rarus vſus:

Venetię à currus peſte liberę.

Vrbs ò, perpetuo abdicata curru,
Felix, cui datur ambulare cymbis:
Eſt tibi hinc Veneta videre in Vrbe
Plures Macrobios; vbi nec vlla
Currus natio, fabricæuè cura;
Non curru hic petit, excipituè calce
Te

Te vel bos, vel equus; rotis nec vllis
Teſſalata cauantur expolita;
Non obſcænius excitata puluis
Os tibi, atq; oculos replet; viæ nec
Sternuntur ſtipulis, neq; ex fimeto
Suffitus veniunt amariores;
Vrbis non ſtrigilis ſonans, nec vllæ
Clitellæ maculant amœnitatem;
Non ſus, non aſinus, canis, nec anſer;
Sed nec Muſca quidē hic videtur vlla:
Vrbs hæc non animantiū, at Virorū eſt:

Venetiarū laus.

Fiunt ſæpius obuij Pedeſtres,
Hinc magis ſociabiles, magiſq;
Ciuiles, hominiſq; portionem
Maiorem retinent: Pedeſter iſte
Occurſus ſolet eſſe amoris, atq;
Veræ amicitiæ artifex peritus:

Ex occurſu pedeſtri boni euentus.

Vllum vix iter eſt in Vrbe Roma,
Vrbs tota eſt via; curribus, viriſq;
Iumentiſq; ſimul patet: Tibi ergò
Cautè, Auriga, per has, & has eundum
Ambages: Retrocede, perge, ſiſte,
Illàc flecte, tene hàc, caue à ſiniſtris:

In Vrbe nullum iter, ſed via.

Aurigatio in Vrbe difficilis.

Hac mora Pedes interim ſolutus,
Per quas non valet immeare vector

Pedes vectore ſolutior.

Vias;

Vias; ſe facili modo penetrat:
Anguſtum, via qua data eſt, per iſthmũ,
Illapſus velut anguis, explicatur.
Eſt ſui dominus Pedes, ſuiq;
Liberi arbitrij per hanc, vel illam
Viam progredi, & hinc ſimul reuerti.
Viam carpere greſſibus, vehiclo
Quàm vehi, magis expedita res eſt.

Hominis proprium ābulare. De noctā bulis. vid. in notis. Pes ābulā di inſtrumentum. Libertas quanti æſtimanda.

Sortis eſt proprium ambulare noſtrę,
Nullo tempore pes ſopore victus,
Ex ſomnis didicit perambulare.
Quorsũ pes? niſi greſſus indè? quorsũ
Hinc greſſus? niſi greſſui relicta
Libertas, precium vnicè æſtimandum?
Mihi purpura nec placeret ipſa;
Libertate frui niſi liceret:

Libertas ēt animātibus cōpetit.

Sit quamuis caueæ aureæ volucris
Effecta incola; ſit bonis turundis
Manu virginia cibata quamuis,
Viam, qua tamen euolare poſſit,
Quærit, degere, & inter arboreta,
Mendicareq́; grana ſaltuatim,
Et ſolum ſibi cantitare mauult:
Libertas adeò ſolet vel ipſis,
Queis eſt inſita ſeruitus, placere:

Iugum

Digitized by Google

Iugum libera in Vrbe ſeruitutis
Eſt inſuaue nimis, nimisq; durum:
Libertas alit, & iuuat volentem
Ad rectæ rationis inſtitutum
Vitam viuere non laborioſam.

Seruitus iugũ durũ

Libertas quę expetenda.

Quò me cunq; volet libido, prõptè
Eò crura ferent, ſed ire curru
Non licet, niſi quò volet Magiſter
Currus; nec tibi, cum lubet, facultas
Eſt vehi: vel equo ſolum, vel vnus
Ex rotæ radijs deeſt, vel ipſi
Aurigæ cerebrum; Tuam profectò
Exercet patientiam, & crumenam
Auriga impatiens edaxq; currus:

Ire curru non ſemper promptum.

Currus edax.

Priuſquam fuerit iugatus axis,
Ipſa labitur hora, & ipſa rerum
Præceps præterit anſa; tanta lori
Moles pendet & hinc, & indè, & infrà,
Et ſuprà phaleris equus grauatur;
Hoc iuſto phalerum ſatis ſuperq;
Doctus pondere, ſurgeret Camelus.

Dum fugales adornantur, hora, & anſa labitur.

Camelus æquipondium agnoſcit. vid. in notis.

At poſtquam tibi diſiugata Rheda,
Et ſuum fuit in locum remiſſa,
Furum fit ſtabulum, latibulumq;
Circumſcriptor, & Aleo, Guloque:

Rheda remiſſa furũ & ſordiũ latibulũ.

Supplantat, vorat, ebibit, vomitque;
Eructat, crepitat, trahitq; ronchos:
Mirum? ſi redolet, vaporat axis?
Si ſcalpis digito caput? vel armos?
Vel collum refricas? eoq́; dextram
Si tranſmittis, vbi tuæ morantur
Teſtes nequitiæ, moleſtiæque?

Pediculi natura eiuſdemq; moleſtia deſcribitur. vide in notis.

Pes factus tuus hoſpes eſt, & hoſtis;
Qui ſenſim graditur, perurit, horret,
Rodit, vellicat; & notas, & ictus
Infert terribiles, ſimulq; quicquid
Humani ſitiens cruoris haurit:
Audax progreditur; ſtatariuſq;
Miles; non ſolitus gradum referre;
Altis in ſinibus, ſtriiſq́; tritæ
Ponit caſtra ſubuculæ pediclus,
Expugnat iugulum, caputq; roſtro:
Quàm iuſto pede vellicatur, atque
Infelix ſcatet vſquequaque tabo,
Qui ſe ſe pedis abdicauit vſu.

Iugales pariandi difficultas.

Si fortè ex Bijugis laborat alter,
Aut temo viduatur vndequaque,
Inuentu haud faciles erunt iugales;
Nam ſi dente pares, pilo ſed ipſo
Haud pares: ſimiles pilo, vel ambo

Sint

Sint; non ingenio tamen; vel alter
Sternax, ore,vel alter vſque mordax,
Nec audit cerebroſus, excutitq;
Caput, nec patitur iugum ſubire,
Prorſus ſic nequeunt iugare currum:
  Intractatus equus, nouusq; ſemper
Sarraco prius aſſueſcat, altam
Quàm Rhedam ſubeat,ſimulq; vectet:
Sunt, donec faciat,ferenda multa;
Interim via metienda greſſu eſt;
Domi tędia ſiuè deuoranda:
  Eſt ſemper tibi res, negotiumq;
Cum Mulomedicis, Equarijſque,
Cum Fabris vtriuſque iuris, atque
Cum Mangonibus, atque Fœnopolis:
  Non rectum,neq; ius volunt videre;
Proſit, obſit an hoc, an illud, an te
Curis confodiant; fameq; bigas;
Nõ curãt,modò,quod lubet,ſequãtur:
  Index in triuijs velut viarum
Aurigam moneas, tibi eſt neceſſe;
Nec non increpites,per hanc, vel illam
Manum lora trahatuè, ſeu relaxet
Rectà; colligat hinc, eatq; ceſſim:
  Multò,ſed ſatius foret lupato

Prius quã equus fiat iugalis labor. & patientia.

Quibus cũ negotium eſt curulibus

Mores negotiatorum.

Viarũ index quis.

Frẹno Auriga trahendus hàc, vel illàc;
Herus ne toties caput vehentum
Rhedæ purpuratæ aurigatio facilis
Voce obtunderet inſolentiori.
Non magno ſtudio, venituè multa
Currus purpureus regendus arte;
Sit conferta, ſit impedita quamuis;
Statim libera fit, patetq; callis;
Ac turba præeunte purpuratis
Rhedis ſe via laxat; angiportus
Non imperuius eſt, nec inficetus:
A tergo caueas eundo ceſſim;
Ne temo alterius petat ſed entes;
Puer curſui remorã facit,
Nẹ quisuè inſiliat puer Capanæ,
Aut inſtar Remoræ retardet axem:
Currus, ſeſſio quò minus moleſta,
Rhedæ luxus.
Puluillis tibi, ſtragulisq; comptus,
Ac inſtar Thymiamatis, vapore
Ex ambra repleat vias, plateas;
Auro illuſus & intus, & foris ſit,
Criſtallisq; oculatus hinc & indè;
Quo non eſt thalamus, toruſq; Sponſæ
Exornatior, expolitiorque;
cõparatio de Catapotio cũ Rheda bracteata
Adhuc ſollicitudines ſuburunt:
Ne nares, oculosvè lædat, aluum
Aſtrictam vt ſine nauſea relaxent,

Aura-

Auratum catapotium propinant;
Vt ſuaui, ac facili via crumenam
Subducant; ſtomacho voresq; curas;
Addicta eſt tibi bracteata Rheda:
Cum veſtris catapotijs, maliſq;
Veſtris illecebris valete currus:
Præſtat paſcier allio, aut redire
Ad quernam veterum Patrum ſcutellã;
Hic quàm tam benè ſplendidè eſurire: Eſurire ſplēdidè.
Nõ currus, neque ſella, nec veredus,
Nec Burdo phaleratus, vndequaque
Arridet; pede ſim celer, vel ęger:
Vt rectè valeám, perambulabo,
Aeger ſi mihi pes, domi manebo,
Aegris ſit pedibus medela lectus: Lectus pedum medela.
Certè fœmineum vehi vetuſtis
Fuit temporibus; vehicla ſolis Fœminæ eſt vehi...
Erant debita fœminis; virilis
Sexus migrat in alterum; videtur
In hunc degeneraſſe nequiorem:
Dum paſſus muliebre ventilabrum
Sui nominis inſcius, pudore
Abſterſus ter, & amplius, vehiclo
Suſpenſo propè ventilatur hoſpes.
Si quando piget ambulare, eundum
Non

Non curru; ſed equo; virile ſemper
Fuit ſiue equitare, ſeu pedare:
Se dat fœmina currui, coloque:
Se Vir enſi, & equo, negotioque:
Ad calcis ſtimulum, ſonumuè virgæ
Aſturco trepidat, mouetq; greſſum;
Cothurno quibus emicat nigello
Sura induta teres, rigetq; calcar:

Currus & colus Fœminæ. Equus & enſis Viri. Equitis deſcriptio.

Interdum Mulier grauis furenti
Pica, heteroclito petita morbo,
Optat ſcandère mannulum; per Vrbem
Contra fœmineum decus, modumq;
Vehi gaudet equo: Moleſta viſu
Res, & immoderatus appetitus:
Equo tam decet inſilire Matres,
Viros quàm decet inſilire curru:

Pica morbus heteroclitus.

Solus qui regit, impeſatque ſolus
Curru pro ſolio, ſedet Magiſter;
Solum purpureis honoris ergò
Siſtat curribus, ac Dei propinquis,
Qui Regumq; vices; Reiq; noſtræ
Gerunt munera publicæ, curuli
Hoc dignantur honore; cæteroquin,
Ni ſufflaminet, ac velut tributum,
Præſtet officium fidelitatis;

Cui currus ſiſtendus.

Factus

Factus eſt reus omnium malorum.
Si tecum ſedet Vxor, aut Propinqua, *Vxoris priuilegium.*
Præterire licet; nefas, ſupremum
Hierarcham: Tibi ſiſtere eſt, & alta
De Rheda celeri exilire ſaltu,
Genuflexus vt inde ferre poſſis
Et tibi, & ſocijs precationem:
Si Pedes paribus pares videbis
Rhedas ſiſtere; perge, ne futurus
Sis teſtis miſeræ locutioni:
Si conuector ades, caue loquaris,
Nemo nam loquitur, niſi Alpha currus. *In curru cui fas loqui.*
O quæ frigora, quæ moroſitates: *Cerimoniæ curules.*
Currus ſoluere dum parantur: Vnus
Vadat, inquit, & alter, inſtar Echus,
Vadat aſſonat: it, vel ire fingit
Parum Currus, & indè retrocedit:
Sic itus, retroceſſus eſt vtrinque;
Tandem denique tædio Veredi
Affecti; ilicet, inſimulq; euntes
His ambagibus his dedere finem:
Vbi appellere non valent, ſalutem *Salutigeri officium.*
Per ſalutigeros ſolent obire;
Currunt, miſſiculant, valeq; dicunt:
Hæc ſpectacula ſunt facetiarum.

Diſtinctas

Digitized by Google

Bigæ rubro lemniſco diſtinctæ ad Purpuratos attinent.

Diſtinctas rutilo videre bigas
Lemniſco modò, nõ leue eſt leuamen:
Non hic amplius ambiget Viator,
Cui ſit ſiſtere, quemuè præterire.

Peditum confugiũ

Lemniſcis volitantibus reuincti
Si occurrunt Biiuges tibi prius, quàm
Lupus te videat; reuerte, vel te
In callem celera, vel in tabernam
Fer pedem (caueas ſed in popinam
Te abdas; ne videaris hinc popino)
Niſi diffugium tibi eſt honeſtum,
Siſtendi officium præoccupandum eſt:
Iter ſiſte, aperi caput, parumper
Tergum flecte; licet minus recepta,
Tuam perge viam; ſalute dicta.

Rhedæ cuiq. quo cũq. tempore moleſtæ.

Cui non Rheda negotium faceſſit?
Huius quippe negotij nec ipſe
Expers eſt Pedes omnibus ſolutus
Curis; puluere, vel luto, aut cicada
Currus ſæpè fit inſolens eunti:
Vrſis, Glitibus, horridiſq; Taxis
Somnos ereperet furor rotarum,
Rumpenſq; in crepitus graues flagellũ;

Leo currus ſtrepitũ fugit.

Qui fortiſſimus omnium ferarum
Inſuaues adeò rotationes,

Cur-

Curruſque obſtreperos timet,fugitque:
Rotarum tonitru fugit vel ipſum
Vinum; nec, licet abditum picatis
Cadis in gelidum ſpecum releges;
A fuga retrahes,metuque: vinum,
Si neſcis quoque (delicata res eſt)
Auritum grauis afficit rotatus:
Seu forenſe tenet, domeſticumvè
Te munus,citius pede id negoti,
Quàm curru perages; ſimul tuiſque
Non rectè minus,ac tui clientis
Rebus proſpicies: Tibi vel alter
Currus obuius iniicit moram, vel
Alter ſiſtere cogit; immorando
Bigæ micturiunt: Cliens Patronum
Qui ex curru arguit eruditiorem
Porrò dydimus; innocentiorque
Sparſis lacte labellulis notatur:
Nõ is,qui vehitur Rotæ ad Tribunal;
Habetur ſapientior Togatus:
Non non vectio; lectio ſed ipſum
Peritum facit: Ecquis à ſedendo
Euaſit Sapiens? ab ambulando
Eſt dictus ſapientiæ Magiſter:
O cui contigit imperare terris,

Vinũ vapeſcit ob currus ſtrepitũ.

Vinũ auritum, vide in not.

Negotia pedibus, quã curru melius expedienda.

Non ob currum eruditus.

Atque indicere feſta, feriaſque,
Rotæ tribunal.
Velit cogere diſſitum Tribunal,
Ne patrocinio cliens grauetur,
Nec tanto inſtruat hos, & hos labore.
Habitus nitidus Aulicorũ.
Pedanti quia non politus ardet
Tibi calceus; inquinata ſiuè
Luto fimbria penulæ videtur;
Semper difficiles fores, aduncos
Rictus inuenies, grauem repulſam.
Quibus facilis aditus.
Immunem tamen à luto tuetur
Te currus; vehit ad ſuperba Regum
Purum limina, calceoque puro
Fulges perpetuo, togaque margo
Nec circum luteo riget mæandro;
Tibi panditur Aula, Præſes aulæ
Adeſt obuius, excipitque nare
Ridenti, alloquitur, refert Patrono,
Admiſſus ſubitò negotiaris:
Lutetia Quiritũ Roma. Monita ad Peditem.
At ſi fortè Lutetiam Quiritum
Metiris pedibus; frica, poliq;
Ad gradum ſoleas; manu fluentes
Veſtitus reuoca; vel vndequaque
Te ſubcinge foras iturus anſa:
Cum grano ſalis eſt perambulandum,
Imprimis tibi, cum luteſcit Auſtro,

Fitq;

Fitq; lubrica Roma; perſpicaci
Incedas oculo, ſagaciori
Inſiſtas pede; ne oſculo, vel ipſis
Tellurem natibus Deam ſalutes:
  Vrbes, rupibus arduis benigno
Olim quæ poſitæ fuiſtis aſtro; *Vrbes collibus ſitæ Muſis Amicæ.*
Saluete incolumes; ab hac curuli
Vobis contigit abfuiſſe peſte:
Hic ſopora quies, ſopor quietus;
Hic mens libera, & hic amica Muſis;
Nobis ò ſemel appetenda ſedes.
  Deus non ſinat huic frui quiete,
Qui plauſtro temerare primus auſus *Imprecatio.*
Colles, Roma, tuos fuit ſuperbos:
Solo culmina conterenda, ſolo
Humano via metienda greſſu eſt;
Mons eſt curribus inuius, videre eſt
In prærupta trahi profunda vallis
Tentantes; grauis huc boues, equosuè
Currus ſæpè trahit: Iugum ſororum
Stridentes tolerare neſcit axes:
Non currum Chorus appetit, Poluſq;
Nec curru petitur; per arcta, & aſpra *Virtus nō curru petenda.*
Sublimis pedibus petenda virtus:
  Ne fias digitis apertus index,

Digitized by Google

Imprimis fuge ſingulare nomen;
Nam Bigis vbi, non licet Quadrigis,
Aulæ cõſuetudo, ac tenor ſequẽdus.
Vti, aut Vniiugis; ſequendus Aulæ
Romanæ tenor, ac colendus vſus;
Singulos Birotis equos in Vrbe
Iungi, ponderis & trahi videmus
Id, quod non alibi trahunt quaterni:
Ac Rhedæ quoquè quattuor rotarum
Equum iungere ſingulum; viamque
Cum Bigis alijs inire latam
Eſt nouum, propè ſingulare, reſque
Non æquis oculis ferenda noſtris:
Equo quem iuuat vnico per Vrbem
Vectari; ambitio, tenacitaſuè,
Aut (quod credibile eſt) vtrumq; vexat:
Sordes non faciunt ad imperantem
Aulam; carice paſcitur nec vlla;
Ad ipſas neque quadrat Aula ſordes:
Ventrem non alit vlla ſpes Auarum.
Ambitio, & egeſtas non bene conueniunt.
Cui longa ambitio, ac breuis ſupellex,
Mentis aſſiduo laborat æſtu;
Alis aereis ad aſtra ferri
Qui vult, præcipitat miſer, grauiſque
Audacem retrahit lapis volatum.
Ne curru, ſine quo decenter Aulam
Ipſam

Ipſam nemo frequentat,aut ſalutat;
Marullus careat, valeque dicat
Sorti,quam ſibi ſomniauit amens;
Velut cochlea in vltimos receſſus
Se ſe colligit, & coarctat in ſe; *Compar. Cochleæ cū Aulico paupere.*
Cultu, ſeruitio, ciboque ſe ſe
Caſtrat, cumq; ſuo Gharonte currum:
Hinc,quorum bona copia eſt in Vrbe;
Mulos iungit; equis paratiores; *Muli iugales frugi.*
Non tantum quia longioris æui,
Sed victus quia parcioris; ore
Sunt,quàm calce,quidē magis modeſti;
Solum viuere conſtat ambulando;
Armos ne macies, vel oſſa nudet,
Loramenta malum tegunt colorem.
Siccis curribus ire, et impolitis *Sicco curru ire, quid. vide in notis.*
Res decocta videtur eſſe nobis;
Curru cui placet ire; vel decenter,
Vt mos eſt, placeat; negotiumue
Tradat hoc alijs,ſinatque currum;
Armatus petaſo, graui lacerna,
Duris carpatenis, rigenſque lato
Incedat pede honeſtius Viator:
Communis tibi Rheda, crux futura; *Rheda, cōis crux.*
Non vno pede pergitur, nec vno

Voto

BIBLIOTECA ... VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Voto viuitur ; optat ille fontes ,
Hic montes peragrare ; clamat vnus
Tandem ſiſte; ſed alter, j, reclamat :
Aurigantur, & occupantur omnes ;
Sed non vnanimes , tenere clauum
Quiſquis vult ; maris inſcius procellis
Impingit,ſcopuliſq; plauſtra tota .

Currus tuus non tuus.

Currum,qui tuus eſt, tuumnè dicis ?
Factus dum meritorius Propinquis,
Viciniſque, petacibusque Amicis ?
Tuum nil minus eſt,minusque tutum,
Quàm res, cuius aberrat vſus, atque
Fructus nullus adeſt;onuſque certum .

Paræneſis ad Aulicos.

Ne euadas miſer,ambitum relinque,
Ac tricis ſemel aulicis ſolutus
Et tibi, & ſocijs, bonisque libris
Vitam tranſige liberam Pedeſter :
In tui ſiquidem necem Aula tendit,
Non ſolum famulos,ſed vſque currum
Vertit in rabidos canes, & ipſum
Te,vt ſibi,& canibus pareris eſca,
In Ceruum miſerabilem reducit.

Cur gentium in Vrbem cōfluxus.

Quis non è regionibus remotis
Huc acceſſit , & appulit ? ſuique
Quaſquas ingenij,ſuæque ſortis

Partes

Digitized by Google

Partes non meditatur? indagatque
Exornare, vel ampliare ſpartam?
Heroque, æreque deſtitutus vnus
Id nactus breuiter boni, quod anno
Multi; ſubſidio licet paterno
Fulti; non potuere promereri:
Sublimi propè tympano ſuperbus
Ibat; ſpe duce, ſpiritusque magnos
Gerebat quoquè currus; ire ceſſim
Tandem viſus, & inſuper reuolui,
In decliueque deuehi; rotiſque
In præceps biiuges trahi reuulſis:
Pręſul, vt noua Cymba ſarta, & vncta,
Fretum nauigat aulicum ſecundis
Ventis; cogitat vnica tenere
Ipſum velificatione portum:
E pharo benè vix ſolutus exit
In nouos ſcopulos, nouaſque ſyrtes:
Longum planè iter eſt; periculiſque
Plenum pluribus; & viæ futurum
Anceps auxilium, breuiſque menſa;
Puppis in medijs fameſcit vndis,
Deſolataque fluctuat per æquor:
Non ſat panis ad os edacis Aulæ;
Pluſquam tota domus domi relicta,
Comeſt

Sortis varius ſucceſſus.

Noui Præſulis cum Cymba noua cõparatio, & caſus.

Auxilium anceps viæ quid. vid. in notis.

Aula edax.

Comeſt ſeruitium curule ſolum;
Aedis penſio at vndè? & vndè lautæ
Sumptus quotidianus eſt coquinæ?

Alliatā menſa.

Non hic (nec decet) alliata menſa:
Adſint omnia digna Pręſulatu.

Gnoma:

Cenſum ne ſuperet, caueto, ſumptus;
Nam quicũque ſuum comeſt in herba,
Ad meſſem dubio procul fatiſcit:
Anni dimidium Valerianus
Suo viuit, & alterum ingemiſcens
Vt vt victitat, & rapacis inſtar

Torrẽtis ſimilitudo.

Torrentis modò fluctuans redundat,
Modò & ſiccus, & aridus rigeſcit:
Sic ad alterius modum miſellus
Vitam prorogat vſque ad vmbilicum:
Non rectè regitur, minuſque gaudet

Futurũ reſpice.

Præſenti, propè qui caret futuro.

Fluuii ſimilitudo.

At cui perpetuo Tybris, vel Arnus
Curſu labitur; excauare foſſas
Poteſt; ducere et hinc, & hinc canales;
Non hòc deficiet Tybris, vel Arnus;

Vbiq. modus habẽdus.

Sed ſemper modus eſt vbique habẽdus:
Sæpè vidimus alueum Fluenta

Viciſſitudo rerũ.

Mutare, atque aliò tenere curſum;
Sorberi quoque, & hic, vbi natabat

Piſcis

Piſcis, nunc ſeges eſt, & arboretum:
Euripus grauis æſtuat per Orbem:
Non Bigæ, Triugæ, minus Quadrigæ
Satis; ſexiiugis vehi, trahique
Nec non octiiugis amant; & vltra
Inſanire volunt, & occupari.

Curruum inſania.

Non tantum famulitij ferendum,
Rhedam ponè, vel ante proſequentis,
Bellicus peditatus amouendus:
Olim par ſatis vnicum fuiſſet,
Nunc vix terna, quaterna ſat futura
Seruorum paria; otioſa turba
Extra mœnia dimouenda furcis,
Sumptuoſaque ſyntheſis ſuprema
Quàm foret moderanda ſanctione.

Famulitium moderandũ.

Syntheſis quid. vide in not.

Ornatus phaleris equus; ſuperbi
Temonis decus alterum nitebat,
Ducens ilia fit Gaballus; vſque
Damnatus Ciſio trahit, gemitque:
Aulæ limina lubricæ ſequutus,
Vbi eſt ſeruitio, grauique fractus
Aeuo, ſic moritur iugo ſub ipſo:

Comparatio equi cũ Aulico

Felices ter, & amplius ſodales,
Negatus quibus eſt in Vrbe currus;
Saluti, ac decori, reique veſtræ,

Quibus currus inhibitus

(Nec vos fallat opinio) ſupremus
Proſpexit Pater optima medela;
Non hac mente, ſed altera impudicis
Carpenti fuit vſus Hortulanis
Iamdudum vetitus; domi vt ſederent,
Quibus non placuit domi manere:
Ex his ſi fuerit toro iugata,
Non ſunt vlla negata iura currus;
Non commertia, publicæuè pompæ:
Sic adulterium curule currit,
Fornicatio ſic Pedeſtris errat.

Qui à curru obligandi.

Proſpectum quoque rectius fuiſſet,
Ne quis Bibliopægus; aut Telones,
Primicerius aut Tabellionum,
Siuè Pharmacopola, ſiuè Mimus,
Aut, quem dicere nolo, conuehatur:
Ni, qua cingitur Artifex, relinquat
Et periſcelidem, notamque prauam
Alter diluat, alter induatque
Paſſim, quod valeam referre, nomen.

Currus nō dat genus nec auget. Nec pedib. nihil obeſt generi.

Currus non tibi dat genus, nec auget,
Nec, ſi quid pedibus tenes viarum,
Quicquam ſubtrahitur tuo decori,
Non ſacris crucibus rubris, vel albis,
Nec quibuſlibet officit Galeris

Currus

Currus res adiaphora eſt, proinde
Communis Balatronibus vel ipſis:
Currus indifferens.

Hic eſt non ſine nauſea videre
Quàm plures veluti natare poma;
Currùm copia nunc in Vrbe tanta
Horret, vt via lata iam ſit arcta,
Atque hinc mugiat arca, cantitetque:
Currum multitudo in Vrbe quāta.

Annonam improba multitudo currùm
Incendit; caritatis hinc origo;
Tellus non ſegetem laborat; vltrò
Solis pabula fert auara Bigis;
Arua degenerant in alta prata
Hortorum (pietas) amœnitates
Herbeſcunt, vigeant vt indè currus:
O digna helleboro cerebra digna.
Ex curruū copia detrimenta.

Quàm rectè bonus ille Iulianus,
Ne, multis bona quæ parauit annis,
Rheda abſumeret vna, cauit; Eſto
Exhæres mihi filius Curulis.

Eſſet res propè ſancienda lege:
Non ni Purpura, ſeu Tiara, ſiue
Magiſtratus in Vrbe ſolus iret
Curulis; reliqui ſolutiores
Maternum ſoleà ſolum pauirent.
Dignitatibus currus dādus & Magiſtratibus.

Me non illicio hoc tamen moueret

Vnquam tam leuis iſta cura currus:

Tiarã oblatã quare Author reſpuerit.

Oblatam mihi reſpui Tiaram
(Quam rectè ſcit Apollo, ſcit Perettus)
Qua meus fuerat ſobrinus olim
Indutus, propè ne curulis eſſem;
Pro tali Domini tamen decore
Grates ſemper agam, ſimulque laudes:

Ars ambulandi in Vrbẽ per vmbram videtur.

Artem, qui tenet ambulãdi in Vrbe,
Solem vel medio cauebit æſtu
Perindè, ac camerato opertus iret
Curru: ſed nimis otioſa res eſt;
Nec Vrbs plena negotijs moroſa
Hac arte indiget, ac ſedere neſcit:

In Sole ambulare prodeſſe.

In ipſo iuuat ambulare Sole;
Sol caput tibi roborat, rebellem
Ad frugem ſtomachum bonã reducit:
Quid mirum? Medicæ parens Apollo
Eſt artis; dator vnicuique vitæ:

Homo vt planta aſſuefieri debet.

Non eſt à pluuia tenella planta (ber
Arcẽda; hãc modò Sol, modò hãc vel im
Percoquat, madidet; iuuent viciſſim:
Qui ſe nec pluuiæ, minuſque Soli
Committit; ſed amat cubare in vmbra,
Fructus (ſi feret) iſte fert vietos.
Vel ſella, vel equo vehi, vel alto

Inſa-

Inſanire ſemel iuuet vehiclo
Interdum; pede libero ſed vſque
Per ſudum iuuat, ac iuuat per vdum
Expedire viam, negociumque:
Cælum frigore dum riget, ſolumq́;
Vitro ſternitur, ac gelu fatiſcit;
Vectari grauis error, ac periclum;
Indè ne latus æſtuet; rigorq́ue
Tuſſim ducat; anhelitumq́ue vexet;
Ac tandem premat, exeatq́ue victor;
Huc hoſtis nequit ingredi; citato
Circumſtans pede diſſipatur aura:

Tempore frigoris, vel niuis an vehi liceat. Pleuriridē innuit.

Quoquo tempore currus eſt moleſtus,
Si eſt vdum, luteo parùm modeſtè
Rore aſpergit, & inquinat: Rotatu,
Sin ſudum, aſſiduo forum fatigat,
Nec obtundere deſinit, nec ipſum
Nube puluerea inquinare cælum:

Currus quibusq. tēporibus moleſtus.

Aut axis nec inunctus eſt, in arctam
Aut rota incidit orbitam, reuulſa
Canthi lamina ſtridet, eiulatq́ue;
Aures enecat hinc, & indè ſtridor:
Ingrato ſtupidi fragore dentes
Quam fiant mihi, ſurdus eſſe malim:
Viæ ſint licet vrbicæ refectæ

Viæ teterrimæ ex aſſidua curruũ rotatione.

Saxo

Saxo ferè adamantino; furenti
Obniti nequeunt rotationi,
Quin ſe ſe in varias ſtrias lacunas
Ipſis curribus inuias reducant,
Et ſe ſe faciant inhoſpitales.
Iniquis aſarota ſauciantur
Plauſtris; planities abit profundam
In foſſam, via claudicat; Vehentes
Quaſſantur, querulus laborat axis:

Viæ niue obſitæ Trahis nō plauſtris perviæ.

Cæli temperies niualis alto
Solum contegit, obruitque velo
Sic, vt obruat orbitas viarum;
Plauſtris non patitur vias rotari,
Turparique nitore candicantes,
Trahis ſed tacitis teri, trahique
Tantum ſuſtinet; hinc per alta ferri
Niuis tergora Sarmatæ, Getæque,
Et quos candida candidos quotannis
Nix perſæpè ſalutat, ac reuiſit,
Solent, millia milliumque inire:

Currus, qui pauperem fecit mulctandus.

Currus pauperiem facit, nec ille
Noxæ deditur; innocens habetur:
Qui damnum intulit abſolutus? ergò
Qui nullum intulit, ille damnas eſto?
O iuſto iugulanda lex veruto.

Immun-

Immundũ ſtabulũ Viæ, Angiportus,
Plateæ redolent; fimoq́ue putri
Aſpectus maculatur Vrbis almæ:
Nō pingui hic ſaturant agros fimeto;
Romanum ſatis,ac ſatis ſuperq́ue
Solum luxuriat; beata tellus,
Iugi ſi foret exarata cultu.

Aſpectus Vrbis nō turpādus Soli Romani fertilitas.

E Bigis tibi nuperum paratur
Vectigal; tibi conuehenda ſordes
In Tybrim; Tybris Vrbis eſt cloaca:
Quid non verritur in Tybrim? ſimulq́;
Quid non conuehitur? bobile, equile
Quicquid congerit,egeritq́; Ciſtis
Apportatur eò, Vehiſq́; & vnda
Tybris, quæ decoranda, ſtercoratur:

Tybris Vrbis cloaca.

Si nefas erat Aequor inquietum
Vel ſputo, caput amnium licebit
Alui ſordibus inquinare Tybrim?
At non diſſimili modo repellit
Hanc contumeliam Tybris; proteruam
Iratus quoties inundat Vrbem:
Dum ſe ſe recipit, relinquit alta
Sedimenta, quibus verendus Vrbis
Aſpectus maculatur; indè nares
Fœtor prætereuntium flagellat:

Tybris ſe à contumelia vindicat.

Vias

Vias reſarcire, ad quos pertinet.

Vias tergere publicas, tueri
A luto, & lue pertinebat olim
Ad ſolos Capitolij Curules;

Vrbs lateritia olim nitidior

Tunc nullo lateritiam per Vrbem
Cœno calceus inquinatus ibat;
Nunc promiſcua gens gerit, gubernat,
Quod lubet, neq; quod licet, requirit;
Eat ſiccus,& humidus viator,
Currus cæſpitet, ingemat, ruatque,
Non quærit; tamen exigit vias, et
Vult, quas dilapidat grauis rotatus,
Has vicinia muniat, tegatque.

Via viatoribus ſolis parāda

Ingens eſt decus Vrbium,peramplum
Viarum ſpacium, patensque vtrinque
Humanis pedibus ſubinde ſolis,
Quod interiacet, obruat, teratque
Currus, Mulio, Baiulus trabalis.

Aedilis curulis officium.

Aedes vt tuearis, eſt curulis
Aedilis tibi nomen attributum,
Domos non vt edas, vias voreſque:

Domus ſalutis.

Cum noſtra domus ipſa ſit ſalutis,
Qua nil ſanctius eſt, beatiuſque;

Currus nō domus damnāda.

Quod currus lacerat, domus medele
Non damnanda venit; ſed ipſe currus
Curet, quas tulit vndequaque plagas:

Viæ

Viæ rudere, glareâ prius, quàm
Vis morbi alterius maligna ſerpat,
Sarciri poterunt, leui medelâ:

Viæ abſq. diſpendio reficiẽdæ.

Currus quis poterit referre caſus?
Atque illos tibi præcauere, Vector?

Infortunia è curru.vi de in not.

Si teſtudineum improbo vehiclum
Cliuo ceſpitat; in latus ruitque:
Cum ſuo quoque tympano iubactum
Raptatur; miſerè volutus intus
Vector tunditur vſquequaque, vt alter
Tunſionibus vritur Perillus.
Quid? ſi fibula ab axe fortè trita
Rota elabitur? ac tripes fit indè
Currus? vndique riſus excitatur.
Si verò in media via refractus
Axis: quis pudor, ac dolor? relicto
Curru cum Domino ad ſuam rubore
Suffuſi repedant domum ſodales.
Domum cum Dominus reuerſus irã,
Eſt qua percitus, euomit, furitque;
Clamat, increpat, execrat, minatur
Inſanos colaphos, ſimulque calces
In ſedem iaculatur inſolenter.

Ira Dom. in famulos efferata.

Deſpectus, quia neſcit imperare
Aurigæ, eſt Dominus; iubet tenere

Imperare neſcius ne gligitur.

Dextram, tendere cum ſit ad ſiniſtram.
Difficile eſt voluntatis arbitrium ſiſtere.
Ventorũ vaga flabra Nauta cautus
Velo concipit, appulitque portum;
Non autem Domini puer procellas
Præuidere valet; ſenex vetuſto
Factus ſeruitio; fretum nec ipſo
Remo fas, nequè nauigare velo;
Nec pixis valet inuenire portum.
Monita ad Dominos cum famulis.
Verbum ne facias, minuſque calces
Illis incutias, quibus ſub vngue
Ineſt ſanguis; & imminet capillis
Lar domeſticus; vniuerſa terra eſt
Non tàm, quàm mare, nauigata; reſtat
Diuagantibus vltimus receſſus,
Calcandus pedibus ſuperſtes aer.
Hi, quocunquè meant, ſolent penates
Suos, &, bona cuncta ferre ſecum;
Duntaxat ſibi, non agris, nec arcæ
Timent; omnia ſalua, ſarta, tecta,
Dum dicunt pedibus ſuis ſalutem.
E noſtra, mihi crede, dignitate
Non eſt hoc hominum genus malignis
Irritare probris; ſolent ferire
Serui Crabronibus ſimiles.
Crabrones veluti ſeueriores
Quietos animos, & ambulantes

A tricis

Atricis procul omnibus laceſſunt,
Vt te præcipitent, trahantque fures
Ad pugnos, alapas, ad arma, ad haſtas,
Quid non inſidijs, doliſque nati
Imponunt, ſatagunt, mouent, nocētque?
Solus ſi veheris, nihil, parumuè
Differs à Biiugis, maneſque ſolus:
Quid boni hic meditaris? inter iſtos
Rotarum ſtrepitus quieſcit illa
Pars, qua differimus feris ab ipſis,
Qua ſoli minimeque nuncupamur:
Tunc ſolus magis incipis videri
Cum tu, ne videaris eſſe ſolus,
Conuectorem aliquem tibi requiris:
O nimis miſeranda ſolitudo!
At plures tibi ſi vehis ſodales,
Fructum non capies ſodalitatis:
Obſtrepens mihi Sabbatariorum
Cœtus, Turba vel ipſa laureata
Nuperè Sapientia videris
Ire non ſine ſibilis per Vrbem:
Sunt, vt ad ſtrepitum maris, molæuè
In curru tibi tertianda verba;
Amè, quàm monoſyllabus Monellus
Verbum, quod ſemel edidit, refundat,

In curru ſolus comparatur Biiugis.

Plures in curru nullius frugis cōparātur ſabbatar. ac leguleis nuper laureatis.

Monoſyll. ſuperbiæ nota.

Mallet (ſi reuocabile eſſet) ipſum
Modis omnibus auocare dictum.

Ad aures loqui vbique damnatur.

Ad aurẽ alterius neque hic ſuſurres,
(Mos damnandus vbique) ſuſpicaces
Hac tali fierent locutione

Quirites ſagaces. Bambal io ſeu Batal. quid. vide in not; Sedere in curru ex aduerſo noxium. Faſcinũ ex oculis.

Omnes, omnia qui ſciunt, Quirites;
Ne dum Bambalioue, ſeu Batalus;
Hic aduerſa ſedilia, ac vehentum
Lumen ferre nequibis (omnibus non
Eſt idem genius) nocent videndo
Sibi lumina; faſcinoque diro
Hic plerique tuentium liqueſcunt.
Si currente rota quis exit ipſo

E currẽte exire curru periculum.

E curru; exitium facit profectò:

¶ Bigis ſponte ſe fugæ dantibus caſus.

Effrænes ſe aliquando non habenis
Ipſi Ericthonio nec audientes
Fugæ præcipiti dedere Bigæ:
Quot, & quanta ſibi imminent pericla?
Non hic eſt ſtatio, minuſque ſaltus
Eſt fidus; metus hinc, & indè certus,
Foris horror, & intus eſt ruina.

Currus in anguſtiis obuii iurgia, ac tumultus.

Quid? ſi curribus obuijs viæ non
Eſt ſatis? nec adeſt receſſus vllus?
Inter ſe impediunt rotæque, equique;
Dij veſtrum auxilium, fidemq; veſtrã:

Ad

Ad manus veniunt ſubindè cæci
Aurigæ, indè negotium tumeſcit;
Ipſoſque in Dominos ruit tumultus;
E niſu quia mutuò teruntur
Currus, vel refluæ loco mouentur
Cortinæ, columenuè ad vſque cælum
Luxatur, laceratur vndequaque:

Ab Aurigis in Dominos cōtentio.

A rebus minimis in alta ſerpit
Rixa, & in Domini caput minatur;
Torpedo veluti ſuum ſtuporem
E lino in calamum, deindè in ipſam
Dextram fundit, & inficit ſtupentem.

Rixa à minimis progreditur.

Cōparat. Torpedinis piſcis.

Atqui curriculis ſedere tanto
Imminente periculo ſedenti,
Sedere eſt dapibus Syracuſanis:

Sedere menſæ Syracuſanæ adag.

Caſus quàm varios, nouaſq; ſortes,
Curru qui fuit aulicum tumultum
Expertus ſemel hic referre poſſet:
Cum comitia ſacra, ſeu ſacella
Fiunt, quæq; ſuum cohors Patronum
Præſtò conuenit; aduolant, ſecundum
Ad Nolæ ſonitum, breues Couini;
Tertio repetita Nola cunctis
Diſceſſum ſonat: Incipit præire
Iam ſatellitium; mouetur Aula,

Comitatus ad comitia, & ſacella ſolemnis.

Rhedis inſilit,obruitq́ue,& ipſis
Miſcellanea turba complet vſque
Ad capſum : Biiugis ſecunda lora
Dantur ; præque alijs ſtudetur ire;
Atque in alterius vices ſubire :

Ambitio quanta in aula.

Tantus ambitionis eſt in aula
Ardor, vt vel equos perurat ipſos :
Deiectus ſibi dum locum requirit
Temo,ſæpius incutit timorem
Nobis,ne feriat latus,vel armos:
Hic intercidit aut iugo ſub ipſo
Irretitus equus, rotæ vel ipſæ
Implexæ alterius rotis morantur
Noſtrum ſeruitium, implicantq; tricis;
Irruptus comitatus inſequentum,
Quaſi linea,curruum ſecatur.
Locus,qui tibi contigit, tuendus;
Nam ſi fortè chorum vagaris extrà,
Donec deſinat inſonare currus,
Eſt tibi locus vltimus petendus.
Præſultor caueat, Magiſter Aulæ,
Ne cauſa ſine ſiſtat, aut retardet
Feruorem comitantium rotarum;
Ne temonibus inuicem vehicla
Tergum percutiant; ſibi hoc in illud,

Atque

Digitized by Google

Atque hinc illud in alterum recedat:
Diſcrimen,mala res, ſupinus error
Rhedæ in veſtibulo hoſpitantur vnà:
Cautè ſcandito ſtapedẽ;hìcq́; vtrũq́; Monita ad Vectores Aulicos,
Pedem ſiſtito;neuè fortè ſubter
Labaris; neque pallio lutoſos
Abſtergas Sicyonios ſedentûm
Supernè; Tibi in exedra ſedile
Quale ſit, quoquè cautius caueto.
Riſum vix mihi temperare poſſum;
In mentem quoties venit, quod olim
Inſpexi his oculis; Capellus (albus
An ater fuerit, latere quemque Nota casũ Aulici Tirunculi
Poteſt,non vigilem latet Turonem)
Erat moribus aulicis perunctus;
Non vinci officijs inanitatis
Ab vllo patitur; Capellus iſte
Currum ſcandit,&,vltimum ſedile,
Cum putaret, adit,ſedetque primum;
In loco putat infimo ſedere;
Sedẽ hanc vel Domino negat modeſtus:
Vt ſibi ſuboleuit error; atqui,
Vt vidit, perijt; dolore victus,
Suffuſusque rubore ſe recepit
Ad locum; Fluuius vagatur extrà

Si

Si quando pede limites retorto,
Ad ſuum redit alueum remiſſo.

Locus in curru à domino dandus inter pares.

Eſt mos Gentibus omnibus receptu
Locum cedere,& exhibere dextram
In Curru,velut in domo, ſed inter
Pares: Hic Sagulum Togæ anteire,
Intereſſe,vel aſſidere turpe eſt:
At cano capiti pilum nigellum,
Peritouè rudem præeſſe velle
Multo turpius, ac magis dolendum.

In Arrogãtem inuehitur.

Romæ eſt,qui penitus ruboris expers,
Miræ frontis, & oris imperiti;
Vir nullius imaginis,ſuorum
Iactator tamen eſt, ſibique prudens,
Cunctis,vt nothus,impudensq; notus:
Vult hic primus in omnibus videri,
Vult primus loqui,& vltimus tacere,
Sarcinator & eſſe vult nouorum
Primus,&,quod in Vrbe ſit,relator;
Primos accubitus amat curules;
Curruq; alterius vehi, fruiquè
Studet ſtultitia, ſapitquè ſolus;
Hunc,& hunc rogat,& prehenſat, vt ſe
Se curru excipiant, ad ambitumquè
Conuectent; locus eſt datus libenter:

Vltrò

Vltrò ſcandit, & occupat cathedram
Primam; primus & incipit tacenda
Effutire, modum facit nec vllum.
Alter, qui ſibi neminem ſedere *Nemini locũ cedentis ſugillatur ſuperbia.*
A dextris patitur; ſolet nec vlli
Tranſiungi; niſi quis ſimul vehiclum
Siſtat; ſiſtere pertinax recuſat;
Vitandus cane peius eſt, & angue.
Languenti ſimilis, grauis vir alter *Mores quorundã Vectorũ notantur.*
In ſella recubat, nec indè curat,
Indulgens nimium ſupinitati
Glabrari ſibi pallium, atterique;
Fulgentes humeris vtriſque ocellos,
Quales cernere Baiulis ſolemus,
Inſculpſit ſcapularis accubatus.
Qui ſupra ſedet impudicus extra
Currum proſtituit pedes nigellis
Indutos Sicyonijs per Vrbem
Cum ſcurris, nebulonibus, planiſque
E curru loquitur, vehitque ſecum:
Ridendus venit, ac notandus æquè,
Ac qui cum Militenſibus catellis
In curru gerit, indicitque luſus;
O mores hominum, leueſque curas.
Structus deſidiæ, ſocordiæque *Currus pẽſilis.*

Digitized by Google

Currus penſilis eſt in Vrbe nuper,
Ac verſatilis, ac tenoris huius,
Vt quamuis per iniqua, perq; praua,
Rectus ſemper eat; queaſque plures
Conſtanti calamo exarare cartas;
Atque ipſas recitare perlegendo;
Atque intus placidos inire ſomnos:
Tanti eſt currus? vbi pericla tanta,
Domus pernicies, ſalutis hoſtis?
Confecti ſenio, quibuſque virique
Non pedes modò; ſed caput vacillat;
Geſtantur meliuſque, molliuſque.

Sella geſtari, quã curru prę ſtat.

O cui ſunt benè roborata crura;
Ac cui non pedibus placet per Vrbis
Vias, vel peragrare per plateas,
Geſtari tacita velit Cathedra;
Non ſtratas adeò vias tonaret,
Haſque dilapidaret vſquequaque
Plauſtrorum rabies; nec excitaret
Nubem puluercam, nec excauaret
Nobis inde oculos, nec inquinaret
Aut cœno; aut ſonitu feriret aures.

Ad Curulem Aulicum monita.

Ni perferre grauem valebis æſtum
Aulæ; & perniciem, atque edacitatem
Currus, ac famulitium curule:

Rus

Rus migrare licet, proculq́ue fumo
Vrbis, ac ſtrepitu, auliciſq́ue tricis,
Boues inter, oueſq́ue ruſticari;
De re ſemper agraria, regundis
Agri finibus, arborum notiſq́ue
Diſceptare; diemq́ue præterire
Seu cum Thirſide, ſiue cum Menalca:
At, poſtquã tenor Aulæ, & Vrbis vſus
Fert, vt regnet in Aula, & Vrbe currus,
Scire condecet Aſeclam Tironem,
Quo ſit quæq; modo Cohors ſequenda:
Qui tandem alterius teneris altam
Sequi ſtultitiam, aulicis prius, quàm
Migres ſeruitijs, negotijſq́ue;
Ac ſis moribus, ac vehi peritus.
Vt rectè ſedeas locanda ſedes
Eſt ſedi, haud cubito, minusq; tergo;
At nuſquam medius ſedere debes,
In curru minus: Hic enim ſedebis
Non totus, neque liber, inter ambos
Ne ſputare quidem licet ſedenti:
Poſtquam non licet excreare in ipſum
Currum; nec vel in hoc latus, vel illud;
Abſque aſpergine prurientis oris,
Ne ciat mihi nauſeam ſcreatus,

Rus ablẽgandus quis.

Monita ad Aulicũ Tironem

In ſudariolum minus licebit;
Saliuum recoquas tibi eſt neceſſe:
Nullus per tabulata tota tutus
Eſt locus; metuendus eſt citatę
Puppi temo ſequens; adeſt vtrique
Spondæ præcipitis viæ periclum.
Ad proram duplici ſedens laborat
Morbo, naribus alterum moleſtus
Pædor conuehit; euaporat hircum,
Hic atque hic animas vtrinque olentes,
Per tubos veluti Caminus ignis
Huc ſpirat; venit à malo propinqui
Proretæ altera peſtis; Vuæ in vuam
Sic tranſit vitium propinquitate:
Hircum ſi ſapit, aut crepat Viator,
Expirat, tenues abitque in auras:

Salutem dicere è curru ſtudendum.

Qui curru reſides, ſtude ſalutem
Gratam prætereuntibus referre;
Ne vel Rus ſapias, vel indè nomen
Inciuilius audias ſuperbi:
A tergo tibi ne ſtrepat, Viator,
Currus; cede (malum) ſinasque pergat.

E curru deſcendēdū cautè.

E curru quoque quàm periculoſus
Deſcenſus, caueas, eunte curru,
Deſcendas; tibi namque ſæpe caſus

Non

Non deſcenſus erit; manente curru,
Vel ſufflamine currui ſubacto,
Finis nullus adhuc periclitandi:
In portu quoque ſæpè naufragatur.
E Rheda citò, ſedulò ſed exi,
Si primus, pede conteras ſecundus
Ne calcem tibi, calceoue nudet,
Diſcerpatuè lacinias caueto.
Quæſo, ne tibi Vector imprecetur,
Cum ſis vltimus, oſtium reclude.

Reclude. vide in notis.

FINIS.

Digitized by Google

AD VIATOREM ELEGIA.

LInquite mortales currum, pede pergite veſtro,
Dum quaſquas agilis pes valet ire vias.
Currus agit curas, talem mercemq. nec vllo
Exoneratur tempore, currus agit:
Et quatit, & vexat, nomen trahit vndè vehiculum,
Deſerere officium pes piget vſque ſuum:
Pergendi pedibus vis inſita tollitur vſu
Rhedæ, pes fit hebes, pergere neſcit iners:
Nec cuiuis hominum currus cedendus, & idem
Nec cuiuis hominum currus habetur honos:
Sola magiſtratus ſolius cura curulis;
Eſt reliquis quoddam pergere currus onus:
Hi currum curent, queis cenſus pullulat vno
Abſciſso, veluti duplicat Hydra caput.
Te non vſus equi, nec quæuis cura vehendi
Vrat, pergendi ſi tenet ardor, eas.
Pergere poſse negas, ſocio meditare bacillo,
Quàm curru, pedibus ſis licet æger, iter.
Conſule me, tandem damnoſo ſiſte vehiclo
Inſanire, domi, ni potes ire, mane.
Non fixi laribus ſemper, velut arbor, agemus
Radices; aliò vertere terga iuuat:
Fertilior quandoque ſolo translata reſurgit

Plan-

Planta; ſed aſſidua mobilitate perit.
Panis vbi, patria eſt; vbi panis, ſiſte, nec vltrà,
Quàm ſatis eſt hodie viuere, velle velis:
Si conſcendis equum; laſſantur pendula crura,
Aſſiduo gracilis ſura rigeſcit equo.
Si quando quadrupes infirmo cæſpitat armo,
Quadruplici præſtet crure, vacillat equus.
Huic ne rumpatur femur, aut tibi colla, caueto,
Inſidovè ſuum calce ſalutet Herum.
Lectica quiſquis vectari gaudeat; vſque
Vnda mihi ſtomachum, quam facit illa, mouet.
Nec, quàm ferre pedes valeant, gradiaris oportet
Vltrà, nec à Patria longius ire velis.
Auelli è Patriæ gremio, me iudice, noli;
Nam Patriæ nidus; fumus odorus adeſt.
Quique ſuam teneat Patriam, patrioſq. Penates
Sic colat, vt tanquam Numen habere velit.
Qui negat hanc, vel in hanc temerè conuicia iactat,
Hic vel furto exul, vel pater huius erat.
Pauperis eſt mutare ſolum, ſeu viſere cælum
Diuerſum, patriæ quàm ferat aura ſuæ.
Externi inficiunt patrios, fas credere, mores;
Multiplici euadit ſordidus amnis aqua.
Eridani liquidus fit vbi fons hoſpes aquarum,
Fonſq. tuus plures, Tybri, remiſcet aquas:
Porrò degenerant puris à fontibus amnes,
Excepere ſinu dum fluuiale fretum:
Ipſe Padus quaſi nigra palus turbatur; & ira
Aequè turbatus fit Tygris ipſe Tybris.
Omnes qui peragrant, mihi non creduntur Vlyſses,
Diſceſsere magis, quàm rediere, Viri.

Prouidus

Prouidus inſpexit terras, vxore relicta?
  Qui ſua deſeruit, prouidus ille fuit?
Quid tulit extremis veniens inſpector ab oris?
  Iam deploratas reſpicit hoſpes opes:
In patria peragrat, nec adhuc eſt cognitus vlli;
  Quique hominem noſcat, non canis vllus adeſt:
Incertat genus, & formam mora longa remotis
  A patria, patrij iura negata fori.
Syluestri deducta iugo, translataquè culto
  Planta ſolo, ſemper mitior eſſe ſolet.
At ſecus Indigenæ fuerint ſi fortè reuulſi
  A patria, à Patribus degenerare ſuis.
Oppoſitis plantis degebat Americus Orbis,
  Candidus, ac ſimplex, tutus ab inſidijs:
Fallere, ſeu falli gens neſcia, conſcia recti,
  Felix antè, feris quàm regeretur, erat.
Aſt vbi cum noſtris gens hæc miſcetur Iberis,
  Vſus cumque alijs huius, & huius adeſt:
Miſcentur mores, ſimplex fit callidus, albus
  Fit niger, & varijs turbidus amnis aquis.
I, non vltra tamen patrij confinia cœli,
  Vltrà etenim dubias eſt habitare plagas.
Si tibi, ſiquè alijs vis ſoſpes, & hoſpes haberi,
  Curarum currum linque, Pedeſter abi.

ELE.

ELEGIA ALTERA

Ad Eumdem.

NI tibi pes fragilis, ni perfida ſtrata, Viator,
  Ne currum cures, ſed pede perge viam.
Armatus cum ſis petaſo, perone, lacerna;
  Imber, nix, Boreas non tibi tardet iter.
Audi ſacra prius, tua quàm veſtigia ponas,
  Ne mala res greſſus faſcinet vlla tuos:
Vt nec opes pietas minuit (benè cępta ſecundes)
  Sic neq; ſuſceptum Miſſa retardat iter.
Rem qui diuinam faciat, ni præſtò ſit, vltrò
  Aerea muni te cruce, fide Deo;
Fide Deo, comitatus enim per ſaxa, per ignes
  Tutus eris; ſocio Numine tutus eris.
Si breue conſtat iter, poteris ieiunus habere,
  Ne tua ſint ſumpto prandia luſa cibo.
Vlterius ſi fortè viam tibi carpere curæ eſt,
  Bucca ſumatur, bina vel oua prius:
Prærorentq; tuum Bacchi duo pocula guttur,
  Lætius vt peragas tædia longa viæ.
Vſus equo, aut curru eſt; aliud ſi viſere Cælum;
  Diuerſos mores diſcere ſiuè cupis.
Hic quàm multa prius, quàm te vel currus, equuſuè
  Excipiat; magnis ſunt toleranda animis.
Pacta voles quæcunque, facit Veterinus iniquus,
  Non ſtat conuentis, ſed tamen ille tuis.
Quam vult (ne ſtrepites) mercedem ſolue petaci,
  Non eſt cum tali frendere gente lucrum.

Ah tolerabilius pedibus perferre viarum
Aerumnas eſſet, quàm tot iniqua pati.
Tu poſtquam concuſſus equo, Rhedâue fuiſti,
Aurigæ querula voce petitus eris.
Sic primis iter ingreſſo tibi crura diebus,
Et latus, & renes fractus vterque dolent,
Vt malles pedibus plures diſpergere paſſus;
Supplicij eſt quoddam ductile, Rheda, genus:
Mortales fecit ſocios quæ mutua quondam
Humani hoſpitij teſſera, fracta iacet.
Hoſpitibus nunc rara fides, totumque per Orbem
Seruatur nullum fœdus amicitiæ:
Eſt peragrare nefas, vbi nunc non hoſpes, at hoſtis
Verba dat, & tecta præſtruit arte dolos.
Non tibi, ſed peræ ſe ſe comendat, & offert;
Vt tibi ſubducat blanda, ſed vnca manus.
Nummatos ſemel, ac ſentit ſuccedere tecto,
Quàm varios caſus farta crumena ſubit.
Huc vbi peruentum; tibi menſa paratur inepta,
Trita, vel immundis mappa rigata notis
Vel non appoſitus, vel ſal eſt abſque ſalino
Inſperſus menſæ; culter & vnus adeſt.
Pendulus is menſæ in medio communis habetur,
Communis cunctis præſtat & offitium:
Quadra nitet, nitet vncta tamen, pariterque renidet
Lanx, quod & à Cochleæ nomine nomen habet.
Quàm de lance cibum ingrata aut deſumere quadra,
Accipitris ſatius more comeſſe foret.
Non prius elixa, aut prius aſſa, ſed omnia feruent
Hic ſimul; hic adſunt caſeus, oua, caro.
An bonus eſt panis? tener an? ſubducere nares

Et

Et iubet, & denti cedere poſſe negat:
Sed quem non tenerum, ſed quem non reddit odorũ,
Atque ſiligineum non facit alta fames?
Vina licet fugiant, quæ detulit improbus hoſpes
Non fugiunt, veniunt grata ſed illa ſiti.
Et quamuis dulces deſpument vina Velitræ,
Hæc etiam tollunt pocula cocta ſitim.
Bacche, precor, Liber poſtquam tibi nomen adhæſit,
Libera ab impuro guttura noſtra mero.
Alma Ceres, Liberque merus conuiuia nobis,
Et ſi non aderunt cætera, lauta dabunt.
Cætera ſint precioſa licet; conuiuia nulla;
Ni precium faciat Liber, & alma Ceres.
Itur dormitum; ſed culcitra vilior alga
Linteolis rudibus ſtrata cubare vetat:
Si quis plus æquo potus dare membra quieti
Quærit; non membris, non oculiſque ſopor,
Namq; culex, cimex, pulex connectere ſomnum
Heu prohibent; cunctos inficit iſta lues.
Ictibus inflictis adeò caput vndiq; tuber,
Vt ſpeculum vultum, qui fuit antè, neget.
Siſtite Mortales, veſtros iam ſiſtite greſſus
Se quiſquis veſtrum contineatq; domi.
Et ſua conficiat ſpacia hic, peragretq; per Vrbem,
Perq; agros agitet, perq; vireta pedes.
Longinquis quidnam retulit Peregrinus ab oris?
A dorſo cuius pendula pera fuit!
Pileolo aſſutas conchas, Iconia Diuùm,
Inq; modum ſanctæ ſuccina ducta crucis.
Quid didiciſſe vagum peragrato ex orbe putatis?
Mentiri, & ſcabras perfricuiſſe nates:

Felices,

Felices, queis Roma domus, quibus Orbis in Vrbe eſt;
V iſere ſacra quibus limina ritè datur:
Omnibus Vrbs patet hæc, communis Patria, Mater
Vnica, totius gloria ſola ſoli.
Et ſi tu nullas alias inſpexeris Vrbes,
Nec tua ſulcarit curua carina fretum.
Hic ſtudium, moreſq; hominum ſpectare licebit,
Et quo quiſq; modo nauiget inſpicies.
Non opus, vt ſapias, erres; ſat in Vrbe doceris;
Penelopeſq; viro doctior eſſe potes.
Hic te ſyderei ſpes tollet in atria Cæli,
Et dabit hic certa poſſe quiete frui.
Huc ades, inſanus ſine conterat æquora currus;
Et ſecet inſanas anxia puppis aquas:
Hicquè dicata Deo ſpecta, venerareque templa,
Et pro commiſſis ſolue piacla tuis.
Non curru, aut naui cæleſtia Regna petenda;
Attamen illoto non licet ire pede.
Ne properos teneat ſinuoſa lacinia greſſus,
Collige, nam citius pes vagus aſtra petit.
Hinc cito non abeas, vbi ſunt tibi plura videnda,
Et noua quotidiè ſurgere plura vides.
Obtutu non eſt vno percurrere Romam;
Lumine quis vaſtum tam citò luſtrat opus?
Siſte parumper, adi veteris veſtigia Romæ;
Te, qualis fuerit Roma, ruina monet.
Quanta ſed hæc eadem modò ſit, maiora ſupremus
VRBANVS ponit quæ monumenta, docent.

FINIS.

Digitized by Google

NOTAE ALPHABETICA SERIE *digeſtæ, Indicis vicem præbent.*

315 A*Bſterſus ter*] pro inuerecundo , & audace accipitur. Pudor, cuius ſedes in vultu, quod dam eſt animi tam ad bonum, quàm ad malũ propenſi, impedimentum: Nam, qui vultum ſibi manu abſtergit; ruſticanum quendam pudorem abigit, & ſe ad præclara facinora promptiorem, audentioremque facit: Hinc illud Cyrenæi Vatis effatum apud Athænæum in Deipnoſophiſtis intelligitur.

Porrò ter abſterſis Diui donant meliora.

Hic in allegandis huius farinæ Authoribus non pono græca, ne papirum infarcire, meque venditare pro Græco videar; ea, quæ remoram faciunt; libenter prætereo: latinum igitur do; æqui bonique lector, conſule.

Pudoris huius impedimento adeò tenebatur Iſocrates totius Grȩciȩ Rhetor maximus, vt nullo modo liberari potuerit, quin ad dicendum inutilis prorſus efficeretur: Morem hunc abſtergendi faciem etiã Ciceroni aſcribit Plutarchus, vt dicturus læua faciem demulceret; initio dicendi trepidatiorem fuiſſe teſtatur Quintilianus lib. 9. Qui autem pudorem, quem Diogenes Cynicus virtutis tincturam appellabat; manu è vultu abſtergendo fugat; vt fores impudici animi motibus, &

moribus aperiantur, perdetiſſimæ ſpei argumentum: Hinc adagiales illæ dicendi formulæ, emanarũt: Præfricare frontem, os, vel vultum abſtergere, in eos, qui abſterſo, deuoratoq. pudore in voluptatum illecebras: ſcelerumque præcipitia nullo adhibito rationis fræno prolabuntur.

42 *Acerba vita*] tędio, vel ſolicitudine plena; odioſa vita Terentio dicitur; odit ſe, inquit: quo malo de ſe Cicero ad Att. lib. 2. Epiſt. 23. affectum eſſe conqueritur; dum ait; me valdè pœnitet viuere: ne in hoc morbi genus incidat Author, currum, velut morbi cauſam, fugiendum monet.

718 *Adamantino ſaxo*] Adamas licet Lapis durus adeò, vt adagijs, & metaphoris locum fecerit; quibus ad alicuius rei exprimendæ duritiẽ vtimur: vt Lucretius lib. 2. ſaxa adamantina, Horatius clauos, Propertius iuga: Lucianus in Pſeudomante, mentem adamantinam pro dura, & inexorabili dixerit: Falſum tamen eſt, quod malleis, aut incudibus non cedat; ac potius percuſſus inferat, quàm accipiat vulnus: Minus verum eſt, quod Hircino frangatur, minuaturuè ſanguine; vt Plin. lib. 33. cap. 4. ſcriptum reliquit: Experientia enim veri magiſtra, contrarium compertum eſt; quemadmodum, vbi ſupra, notauit in Plin. Iacobus Delecampius: Hic de Silicis, quo tota ferè Vrbs hodie ſtrata eſt, duritie intelligitur:

gitur: ita enim arena foſsili cum calce permixta ſaxa, & cæmenta agglutinantur; vt ſiliceũ pauimentum cum ipſis rotarum canthis de duritia contendat: Olim, cum in Vrbe plauſtris locus frequens non eſſet, viæ lateritiæ, minus lutoſę cernebantur, T. Liuij, ac Suetonij teſtimonio: Appoſitè ſaxum non lapidem dixit; illud enim rude; hic verò non niſi è ſaxo cæſus, ſeu quadratus iuxta Cornelij Frontonis ſententiam; ſed confundi ſolet.

870 *Ad aurem ſuſurres*] ſæpè ea, quæ ab alijs exaudiri nolumus, ad aurem ſolemus loqui: Martialis: *Dicas*, inquit, *in aurem ſic, vt audiam ſolus*: Et ſi huiuſmodi in aurẽ loquendi mos, ſeu morbus, vt vocat idem Martial. lib. 1. epig. 90. etiam apud Veteres vſitatus; nihilominus non in Aula tantùm, vbi mira regnat ſuſpicio; ſed vbique omninò euitandus, ac damnandus: Eum etenim, qui cum ad aurẽ loqueris; ſurditatis arguere videris, & alios, qui interſunt, ſuſpicioſos, nulliuſque fidentiæ; teque prætereà ieiunio; grauiorique anima laborare deprenderis: Adeò hæc ad aurẽ locutio ſuſpicioſa habetur, vt, ſi meus Aduerſarius me præſente ad Iudicis aurem loquatur; poſsim ego Iudicem, tanquam ſuſpectum recuſare: iuxtà Specul. tit. de poſitio. §. 7. Romanus ſing. 257.

991 *Ad ambitum*] locus in quo pro conſequendis honoribus, curialiumque nugis habendis,

Aulicorum conuentus, præhenſatio, ſupplicatioque fieri ſolet; accipi poſſe videtur ex Sexti Pompei ſententia: Venetijs, Broio, Romę Antithalamus, vulgò Anticamera dicitur.

893 *Ad manus veniunt.*] ad contentionem, hoc eſt ad arma progredi; notæ, ac planè vulgaris ſignificationis: Veterum exempla paſſim obuia; I. C. l. 2. §. delinquitur, ff. de pœnis. *cum per ebrietatem*, inquit, *ad manus, ſeu ad ferrum venitur*.

878 *Aduerſa lumina*] ideſt, ſe mutuò reſpicientia: ſicut huiuſmodi mutuus obtutus ob incognitã beneuolentiæ cauſam aliquãdo fit propitius; ſic etiam quodam odio innato laborat repugnantia; vnde tantus hinc inde prodeat affectus vix, ſed ne vix quidem coniici poteſt; nedum ſciri.

643 *Adiaphora*] Græcis de ijs, quæ neque bona, neque mala, neque honeſta, neque turpia; ſed indifferentia dicuntur: vide Gell. lib. 2. cap. 7.

627 *Adulterium curule*] ad illud dicterium reſpexit; quod in Edictum, quo Meretrices, ne per Vrbem curru vterentur, prohibebatur; Franciſci Scoti Placentini Comitis, hoc eſt effatum: ſatis feſtiuum: *Poſt hac*, inquit, *Fornicationem pedibus; Adulterium curru ire videbimus*.

785 *Aedilis Curulis*.] præter alia munera; de quibus Varro, cui Feſtus cum Feneſtella ſe ſe adiun-

adiungit; præcipuum munus erat non tam ſa-
cras, quàm priuatas ædes curare; vnde ab v-
na parte muneris ſibi nomen ab ædium cura,
Aedilis fuit; Curulis verò, quia ſella Curuli
ad aliorum Aedilium diſcrimen, veheretur,
dictus eſt: Non niſi ex Patribus Aedilis cu-
rulis creabatur, quem Plutarchus in Mario,
Aedilem maiorem vocat.

758 *Aequor nefas inquinare*] religionis erat mare
ſputo, aut alijs alui neceſſitatibus polluere;
Gentium ridenda ſuperſtitio; videre eſt pe-
nes Pacatum, Panegy. & Apuleum lib. 11.
de Aſin. aur. & Iacobum Durantium Caſell.
lib. 1. var. cap. 4. Tam ſanctum, & precio-
ſum à Perſis habetur aquæ Elementum; vt
religiosè cauerint; ne quis in aqua lauetur;
mingat, vel inſpuat, vel aliquo modo inqui-
net; teſtatur Claudius Deodatus lib. 2. c. 14.
Panthei Hygiaſtici.

89 *Aeternùm noua ſer.*] Cauterium ſeruitutem
dicit perpetuam; quæ ſi aliquantiſper inter-
miſſa fuerit, humor in alias debiliores corpo-
ris partes defluit; indeque integræ ſanitatis
exitium ſecum trahens in lethalia poſtemata
prorumpit: Propterea naturalibus meatibus
contentus viuas liberè, ne viuas miſerè.

832 *Aër calcandus.*] ſuſpendioſum deſcribit; cu-
ius pœnam præpoſteram ex eo appellat Pli-
nius; quod laqueo ſpiritus incluſus; per infe-
rius guttur exitum quærat: ride ſi ſapis; ludit
Plinius.

Agi-

Agipes, pro ambulatore accipitur in ſuppl. Antiquarii in verbo Padanei.

41 *Alamus Rhedā*] alere rhedam eſt omnia, quę ad Rhedæ faciunt, ſuſtinere.

955 *Albus, an ater*] Paręmia ad varias ſignificationes referri ſolet; vt eſt videre penes adagiorum Auth. De eo hic accipe; cum quo licet diù verſatus fueris; adhuc tamen eſt tibi cognitu difficilis: *Ego*, inquit D. Hieron. aduerſus Heluidium; *qui contra te ſcribo, cum in eadem Vrbe tecum conſiſtem, qua balbutis, & erubeſcis; albus, vt aiunt, an ater ſis, neſcio.*

217 *Aleo*] Feſto; Aleator Ciceroni improbum hominum genus: Horat. in epiſt.

Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat.

571 *Alliata menſa.*] pauperculi, ac ignobilis menſa; non veſtitu ſolum, ſed etiam cibo dignoſcitur, ac diſtinguitur vir à viro: Non quidem fert dignitas, aut generis claritas: vt, ne ipſe etiam tu videaris cibarius; vtaris cibariis. de allio, & alliato vide infra.

299 *Allio paſcier.*] ſeruorum cibus ab Horat. Ode Parentis olim. adeò deteſtatus; allio veſcentibus nefas erat in Matris Deorum templum ingredi: Vndè Stilponi Philoſopho, vt refert Athæneus lib. 10. quia allium contrà præceptum comederat; in ſomno apparuit Dea dicens: Tu Philoſophus es, & ſacras leges violas? Deæ Stilpo reſpondiſſe fertur. Præbe mihi aliud, quod edam; & allio non

ve-

, eſcar: Hac de re in Stilponis vita apud Laertium nihil huiuſmodi: Edulium à Plauto in Moſtell. alliatum appellatur; vbi ſeruus ruſticus ad Vrbanum ſic loquens introducitur.

Tu iſtos tibi habeas turtures, piſces, aues,
Sine me alliato fungi fortunas meas.

Locus factus eſt cuidam adagiali imprecationi, vt, cum quis iuxtà Salomonis huic affine prouerbium, malit bucellam cum gaudio, quã domum plenam victimis cum iurgio: ſoleat dicere, Allio paſci malle, quàm, &c. Præſtat aqua in libertate, quàm nectare in ſeruitute viuere: *Maiores eſſe delicias*, inquiebat Diu. Chryſoſt. homil. 19. in 2. Corinth. *Herbis paſci, & bene habere, quàm Sybariticam habere menſam; & morbis obnoxium eſſe.*

354 *Alpha Currus.*] primum alphabeti græci elementum pro eo, qui eſt in re quapiam Princeps, vel primus accipitur. Martiali Alpha penulatorum, & hic Alpha currus pro eo, qui in curru primus, & caput eſt: Vbi ſeruitio, præſente Alpha, ſeu Domino nefas loqui; vt ille Romanus arrogantiſſimus, quemadmodum eſt apud Tacitum, nihil vnquam cum ſeruis egit, niſi nutibus, aut de ſcripto: Aulicis etiam noſtri temporis ſeruilis minime gentium conditionis; nullum feſtum, nullum cum Domino colloquium, ſolus is, cui Dominus vult omnia; qui Rex eſt, Genius, & Cardo, cuius nutu Aula verſatur; feſtum agit, & alijs indicit:

Fit

Fit enim aliquando, vt iſte, cui Venus fauit, regat currum, hoc eſt, qui nullis meritis, nulliſque virtutibus; ſed Venere quadam, & illicio quodam; quo Domini plerumque inſaniunt; præſtat; & alios poſthabet ille, inquit Seneca lib. 2. epiſt. 28. *Non eſt mihi par virtutibus, nec officijs; ſed habuit ſuam Venerem, ideſt gratiam, & venuſtatem, qua in hominum commendationem, & amicitiam faciliter, ac feliciter inſinuatur*. Tibi verò ſi vis à Famulo obſeruari, ac coli, ſanum quidem conſilium; & aphoriſmus vnicus eſt; cum Famulis rarius loquaris, congrediaris rarius, nullaque ludicra cum iis exerceas: *Mitiorum enim Dominorum conſuetudine metus*, inquit Plinius nepos, *exoleſcit*: Peruicacis naturæ ferè omnes Famuli, qui vel facie, ſeu ſpecie, vel ingenio, vel genere gloriantur; ſibique placent; quos abigendos, iubet Petrarcha lib. 2. dial. 29. de rem. vtriuſque for. Non ſolum itaque in curru loqui decet famulos, ſed neque ſtipē fas eſt prætereunti dare, vel aliud præſtare officium; Ad currus Dominum id facere ſpectat, et laudati moris eſt.

487 *Ambitio longa*] quam alibi ſpei pabulum voco: longam ſpem, Horat. lib. 1. Ode 11. *Spacio breui*, inquit, *reſeces*: Infinitam vocat Italici ſermonis, Princeps, ac pater Petrarcha.

L'infinita ſperanza occide altrui.

481 *Ambitio, tenacitaſvè*] Diſſimilium difficile, ac rarum

rarum ſodalitium: in exiguis nulla ambitio: Præpoſteræ ambitionis eſt, honoris fuga honorem captare: *O praua*, inquit Plin. ad Traianum, *ambitio, concupiſcere honorem, quem dedignaris, dedignari, quem concupiſcis:* Sic ſunt qui obtorto collo profitentur ſuperbiam, Deo, & hominibus execratam hipocreſim.

531 *Ambitum relinque.*] ab ambitu diſtinguitur
ambitio; ille in actu, & exercitio eſt; iſta verò in habitu, & animo: Ambitio quidem eſt gloriæ, magnarumque rerum deſiderium; Ambitus autem eſt crimen affectati honoris: Nihilominus olim ambitus erat licita honoris appellatio; dicique cęptus eſt à circumeundo, ſupplicandoque; Feſto teſte: Quare præhenſio, ac ſupplicatio, ſeu blanda illa honoris petitio legibus minimè fuit prohibita; ſed, vbi muneribus, pecunia pro aliquo Magiſtratu, vel Sacerdotio aſsequendo tentatum eſt, legibus Iulia, Pompeia, Bæbia, Calphurnia, cæteriſque pro variis temporibus ambitus retuſus eſt: Vndè caput l. 1. ff. ad l. Iu- 1
liam de ambitu; huiuſmodi ſenſu intelligi debet; vt præhenſio ſupplicatioque Magiſtratuum non intelligatur vetitá ad hoc, vt lex hæc de ambitu in Vrbe ceſſare dicatur; quia, inquit Modeſtinus ad Principis curam, non ad Populi fauorem pertinet creatio Magiſtratuum: Non enim muneribus ſollicitari præſumitur Princeps; Populus verò, cui omnia venalia; nullaque conſcientia, plus offerenti offitia, & ſacerdotia conferebat;

Hinc Alexandri Imperatoris ad omnes Principes optima Paræneſis, qui dignitates, & Magiſtratus ſe vendere nolle prædicabat; quia qui emunt, neceſſe eſt, vt vendant; pecuniaſque in venditione expoſitas, quomodocunque poſſint, recuperent: Sed tamen rarò dari dixit Cicero 2. de Orat. vt quis poſſit liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione ſeiungere.

285 *ex Ambra repleāt.*] miri odoris paſtillus: Rei nouiter repertæ nouitium quoque vocabulum additum: Marochinorum lingua in Africa, Amber, Balænam aiunt ſignificare; propterea facile induci poſſe; vt aliquid huiuſmodi odoramenti è Balæna erumpatur; ſiue ſit ſemen, ſiue adeps è Balænæ lumbis extractus; non dubitamus: Alii, in quorum ſententiam videtur inclinaſſe Iul. Cæſar Scaliger exercit. 104. num. 10. marini fungi ſpeciem, è fundo, vbi naſcitur, maris agitatione erutam arbitrantur; ſed ſuperior magis accepta eſt opinio.

130 *Ambulacris amœnis.*] ad deambulandum locus tam apertus, quàm opertus ambulacrum Plauto, ac Plinio; Ciceroni verò ad Attic. & alibi ambulatio appellatur. Nonnunquam adiuncto aliquo diſtinguitur: Ambulatio enim, quæ abſque anfractibus in altum, vel in longum extenditur, recta; quæ verò plana tantum fit, porrecta dicitur; vnde apud Minutium Felicem in Octauio; recti montes; porrecti campi appellantur: Quæ domi, ſeu foris in atriis, ſeu ſub porticibus fit; tecta; quæ ſub diuo, ſubdialis; Græcis hypethra ambulatio dicitur:

Digitized by Google

dicitur: In peſtilentia, inquit Celſus lib. 1. cap. 10. ſub diuo ambulare oportet; ad quam ambulationem ineundam hortenſes areæ longius exporrectæ cœlò ſereno alliciunt, ac prouocant; hinc inde è myrto, ſiue è lauru: abrotonouè topiaria amænitum parietem præſeferentia deambulantiũ oculos mirificè tenent; ac ſi inter deambulandũ ſubrepit laſſitudo; tempeſtiua præbent vmbracula; ſediliaque ſubminiſtrantur; miraque aquarum ludicra viſuntur: in pluribus Vrbis Hortis Perettanis ſcilicet, Farneſianis, Barberinianis, Pijanis, Ludouiſianis, ac Matthæis inſignia ſpectantur ambulacra; ſuper omnia verò excellũnt in Hortis Vaticanis; ac Quirinalibus, quos Vrbani Octaui magnificentia pro Principis dignitate expaciatos, ac circumœnitos, vmbroſiſque platanis, proceriſque pinis conſitos, maxima cum animi noſtri delectatione contemplati, ſpaciatique ſumus.

675 *Ambulandi artem*.] non eam intelligit artem; quam, vt vocem iubes: vt valetudinem cures, docet Seneca epiſt. 15. neque eam, qua Pueri à Pœdotriba, vt Manni ab equiſone veniunt inſtruendi, ne qua in proferendis pedibus inconcinna eorum notetur indoles; quà de re Quintil. lib. 1. cap. 11. & nos latius in Paræneſi ad Ambulones; ſed eam artem de qua libellus, quem mihi videre non licuit; nec videre curo; cuius libelli ductu, ac doctrina quis, vel in ipſo æſtus meridie per Vrbẽ tutus à Solis radio, vel à canis rabie valet permeare.

Eò quorundam delicioſorum, Ardeliorumque peruenit luxus, & inertia, vt vmbram à Sole ve-

nari velint non minus, quàm qui ab eodemmet ſole maculas inueſtigaſse, ac reperiſse glorientur; ſibi artem hanc fabricandam curarunt: Inuentus eſt tam malè feriatus, adulandique peritus homo, vt de huiuſmodi per Vrbem incedendi methodo libellum cuſerit, temporiſque iacturam & in ſcribendo, ac in permeando fecerit: Quod enim per horæ quadrantem iter facere commodè poſsumus; horam, & amplius per vicorum diuerticula, perque ædes peruias inſumimus: ò mores, ò temporis deploratum diſpendium.

110 *Ambulando iuueneſcit*.] ſicut otio, aut deſidia tabeſcimus, ac ſeneſcimus, ſic exercitio vigemus; ac roboramur; exercitatio, inquit Ariſt. 5. Metaph. ſanitatis eſt cauſa; & è contrario: inter exercitia; quibus valetudo comparatur, & conſeruatur; vegetatque corpus, potior eſt moderata, tempeſtiuaque ambulatio: nimia ſanè non permittitur; ne caro præ labore colliquetur; labor enim corpus extenuat, & colliquat, teſte Hipp. de diæta propè finem; paulò ſuperius idem inquit; cum à ſuperioribus partibus ad inferiores aliquid defluere velis; imprimis prodeſt ambulatio tarda ſenibus, & imbecillioribus, velox robuſtis, modeſta, ac moderata vtrique: conſule Mercurialem lib. 5. cap. 11. de arte Gymnaſt.

Qualis, vbi, & quomodo ineunda ſit ambulatio, eleganter, vt alibi diximus, docet Corn. Celſus lib. 1. cap. 2. Bonæ quidem valetudinis inditium eſt ambulatio, ſicut morbi, cubatio: Vndè am-

ambulare, pro viuere, & benè valere accipitur; quod notauit etiam Paſserat. in Proper. lib. 2. eleg. 4. ſic illud Euangelicum; *Surge, & ambula*; & illud alterum; *Tolle grabatum, & ambula*: ideſt viue, ſeu vale. Stomacho, qui coquinæ Magiſter dicitur, exercitatio pro modulo neceſsaria: imprimis ſtudioſis, quibus ſtomachi imbecillitas non tantũ ob litterarum ſtudium euenit; ſed ob ſtudioſorum felicioris ingenij naturam; quæ cum gaudeat ſpiritus ſubtilitate, vt ait Marſil. Ficinus; minus cum corporis firmitate copulatur: ſi certum tempus ad ſpaciandum dari non poteſt, vel temporis intemperie, vel pedum imbecillitate, vel aliqua publici muneris diſtentione, aliud exercitationis genus requiritur; vt eſt clara, & canora lectio, cuius exercitio valde oblectabatur Plin. lib. 9. epiſt. vbi de ſe loquens ait: *Ambulo, mox orationem græcam, latinamvè clarè, intentevè non tàm vocis cauſa, quã ſtomachi, lego.* idq. ad ſtomachum facere in matutinum tempus, non autem pomeridianum recitandum; teſtatur Celſus lib. 1. ca. 2 & 8. & Seneca ad Lucillum epiſt. 78. *Medicus* inquit, *vt legas clarius, & ſpiritum, cuius iter, & receptaculũ laborat, exerceas:* quod & Clem. Alex. in Pædagogo lib. 3. huiuſmodi lectiones exercitium ſanitati prodeſse affirmat. Quibus autẽ non accepta, aut ignorata lectio; clament, vociferentur, aut, vt ait Apuleius; Florid. 3. boent; purgentque rauim; ſin minus, crura fullonicè, vt monet Seneca epiſt. 15. exerceant; Quam ob rẽ Chryſippus Philoſophus, vt narrat Diog. Laert. lib. 7. cum in conuiuio à compotatione, cui cæteri iuxta morem largius indul-

ſerant

ſerant; abſtineret; ne otiaretur, crura ſub menſa agitabat, quod vbi ex pueris vnus animaduertit; non illepide dixit, Chryſippi crura ſola ebria ſunt: Cura, ſeu mentis cogitatio eſt quædam animæ quaſi deambulatio; vt enim corporis habitus otio corrumpitur, exerciciis conſeruatur; ſic & animæ habitus meditationibus incrementum capit, ac viget: Nihilominus pulchre Plato monet; vt neque corpus ſine animo exerceamus; neque animum ſine corpore; vt pariter vtriuſque curam habeamus; alterum enim Athletarum eſt, alterum inertium: ita Diogenes Laertius lib. 3. abſque enim corporis, & animi mutua exercitatione; vtrumque, vt cum Caſſiano lib. 9. dicam, pigreſcere compertum eſt.

119 *Ambulatio circumciſa negotijs.*] Cornelii Celſi verba lib. 4. cap. vlt. in fine. *Delectationis cauſa quantum iuuat ambulare circumciſa omni negotioſa cogitatione, vel actione.*

115 *Ambulatio frigida.*] vbi triſte ſilentium, vel mæſtum colloquium frigus eſſe dicitur.

117 *Ambulatio iocis amica.*] ioci iocundi, dummodo non mordent, in coambulones dicta dicere, vel cauillari eſt odio plenum.

118 *Ambulatio libera.*] à curis ſcilicet, & à puerili quadam verecundia; eo modo, quo Toga libera olim dicta fuit; præter enim alias rationes, hæc fertur potiſſima; quia Adoleſcentes togam liberam, ſeu virilem induentes liberioris linguæ, ac vitæ forent: verba latino more liberius proferendo: Quid autem ſit latinè, vel latino more loqui; vide

vide Turneb. aduerſ. lib. 24. cap. 5. hoc eſt ſuis vocabulis res quaſque, vel obſcœnas, abſque tegumento aliquo enuntiare. Martialis.

Abſoluis lepidos nimirum Auguſte libellos,
Qui ſcis Romana ſimplicitate loqui.

115 *Ambulatio loquax.*] euitanda loquacitas maximè Adoleſcentibus; quos magis audire, quàm loqui decet: Aliter agentes caueant, ne illud Zenonis Cittici dictum audiant: Eorum ſcilicet aures in linguam defluxiſſe.

115 *Ambulatio ſilens.*] Beſtialis propè ambulatio, quæ cum ſocio initur ſilentio: Iucundus enim comes, hoc eſt garrulus, in via pro vehiculo, hoc eſt ſine tædio.

116 *Ambulatio ſeriis moroſa.*] nihil moleſtius, ac inſuauius, quàm iucundis amara, iocoſiſque ſeria miſcere; ac ſacra profanis irreligioſius.

118 *Ambulatio ſimplex.*] ſine fuco, candida, & aperta; contraria ſcilicet illi ambulationi; quam duplicem, & inter impudici ſigna in 14. phiſog. ponit Ariſt. Quas autem ambulationes intellexerit philoſophus; & quare impudicitiæ dicantur ſignum; eſt diuinare potius, quàm quicquam ex iis, quæ ab Interpretibus afferuntur, intelligere; apud Baldum Bononienſem videre eſt de hac duplicis ambulationis intelligentia. Ne velim intelligas hic ſimplicem ambulationem ſociali contrariam, ac ſolitariam; cum ſocio ſimplex eſſe poteſt, & laudatur. Et ſi Ferdinando Hiſpaniarum Regi omnium ſuſpicioſiſſimo iniquè ferebatur; quod duo ſimul ambularent; interque ſe loquerentur;

tamen

Digitized by Google

tamen hinc ſibi perſuaderi, à quodam ſuo Gratioſo paſſus eſt; ex huiuſmodi ambulationibus poſſe imponi vectigal; & in gratiam Gratioſi impoſitum fuit: vt ex Hiſpaniç Hiſtoricis notauit, & retulit Lælius Biſciola ſubceſciuarum lib. 9. cap. 13. num. 7. tomo 2.

115 *Ambulatio vrens.*] Anthiteton frigidæ. Vrit ſiquidem, qui alicuius myſteria, vel nutu, vel circumlocutione reuelat, qui os alicui oppilare quærit; qui vafrè ſubridet; & lambendo mordet, & qui, ſi non aliquà nocuiſſet mortuus eſſet. Ruſticana conuerſatio, odioſa, periculoſaque ambulatio.

12 *Ambulonibus.*] Suetonianum verbum; et ſi is, qui ſpacia facit, & in ſua veſtigia reflectit; dicatur ambulare; vt apud Plutarchum in libello; An ſeni ſit gerenda Reſp. in fine. Dicæarchus ſurſum, deorſum ſpacia conficienda in porticibus eſſe dicebat; Gulielmus Xylander ſic interpretatus; ſurſum deorſum, pro vltro citroque, vel rurſus, prorſus, ego quidem interpretarem; Sic enim Varro, inquit, *Mortales multi rurſus, ac prorſus meant*; ſic antè ipſum Ennius ad rem propius facit.

Rurſus, prorſus reciprocat curſus, feram.

Martinus Delrius in comment. Senecæ Troiades videndus, ac perpendendus eſt: Nihilominus ambulans etiam pro eo, qui porrò, & vlterius pergit; ſolet paſsim vſurpari; ſicut ire dicitur, qui vlterius progreditur; pariter & ambulare; incedere verò, eſt cum grauitate ingredi; Seneca ad Lucillum

cillum; *Non ambulamus, ſed incedimus*.

14 *Ambulo nebulo*] è ſola nominum in idem deſinentium: conſonantia, annominatio dicitur, quia vero Nebulo dictus eſt, vt eſt apud Noniũ, qui mendatijs, & aſtutijs nebulã quandã; ne quis & qualis ſit, dignoſcatur, obijcere ſolet; hinc dicterium eis, iu quos retorqnetur conuitium, optimè quadrare videtur: Quas Deus bonè, calamitates diſſimulant; quot obtrudunt mendacia, gerris vel ſiculis mendaciora? vt, quales non ſunt, ſe ſe oſtentent,& venditent? qui ſanè in curru ſublimi velut nebulæ pediſequos obumbrant, & irreſalutatos prætereunt.

159 *Amicitia Artifex*] ſæpè fit, vt illo obuio, mutuoque inter ambulandum occurſu quædam amoris nota excitetur, animorumque exoriatur agnitio; Amicos quidem facere difficile, difficilius conſeruare; Oct. Aethicorum Ariſt. ſine amicis nemo viuit; Nec enim minus is, cui aduerſa, quàm cui proſpera fortuna eſt; amicis eget; ille, vt ſubleuetur, iſte, vt habeat quibus elargiri valeat, & vt de Mamona amicos facias, eoſque conſerues, iamdudum prædicatum eſt: Quare non audiendus Euripides, dum dixit, vel vt rectius dicam, male dixit.

Cum res ſecundæ ſunt; quid amicis eſt opus?

Cui, licet quoad retundendos ſpiritus à Plutarcho perbelle reſponſum, reſponderi etiam poteſt; quoad facultates, quas tibi è cœlo compluit diſpenſandas, ac diſpertiendas; opus eſt amicis, quibus liberalitatem, munificentiamque commu-

C nices,

nices, atque exerceas.

1077 *Animas vtrinque olentes*] tam pro oris, quàm ventris halitu, ac vento anima accipitur: Plaut. in Aulul. *Ne quid amittat animæ dormiens.* ideſt venti per poſticum: Hic ſugillatur Aurigarum immundities, & inurbanitas; non enim tam è ſupero, quàm ab infero, vt Plautine loquar; gutture impuros exhalant flatus; præterquam cæteris laborant vitijs; ſcatentque flagitijs, vt vel contactu, & proximitate inficiant; & corrumpant omnia: Non ab re ſimbolici Erycthonium currus inuentorem, & rectorem è Vulcani ſemine in terrum proiecto non humanis, ſed Draconiticis pedibus fingunt editum; tanquam genus hoc hominum è terra egreſſum, affectibus pedum ſimbolo ſignatis in ferinam naturam degeneret; totamque viciniam deprauatorum morum veneno inficiat.

651 *Annonam incendit*] vide incendit.

209 *Anſa præceps*] illud temporis momentum, ſeu punctum rei gerendæ opportunum, quod occaſio latinis eſt; quaſi ob caſum potius; vt Feſto, quàm ob cauſam, vt Scaligero, proueniens: Non χρόνον, hoc eſt tempus ſed καιρὸς hoc eſt temporis opportunitas, Græcis dicta eſt: Quam ſicut Medici ſuaram curationum, ſic Iuriſconſulti rerum gerendarum animam appellare meritò ſolent: Propterea occaſio à Plutarcho in Nicęa, rerum gubernatrix: in Sophocle apud Suidam; in obeundis quibuſcunque negotijs optima magiſtra dicta eſt. Non minus itaque occaſio, iuxta Hipp. ſententiam Aph. 1. Medicis in corporum curatione,

quàm

Digitized by Google

quàm Iuriſconſultis, iuriſque cauſidicis in negotiorum terminatione, ſæpe euadit præceps & fugax: Illis, quia, vt inquit Galenus, humanum corpus perpetuò fluit; His quia humana volũtas, à qua pendent negotiationes omnes, ſtare neſcit, perpetuòque ambulat: cum ergò in agibilibus occaſio ſit præceps non minus cunctatio, ac imperitia obeſſe ſolet plurimum: videndus Camillus Baldus Apoteleſm. 125.

440 *Anſa ſubcinge veſtes*] Anſa præter alia ad veſtem ſubligandam idonea,

Tibullus,

Anſaque compreſſos alligat arcta pedes.

Virgilio Fibula;

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Anſatus] in præf. Feſtiuiter Plautus anſatum hominem appellat; qui in anſarum ſpeciem ſubnixis brachijs glorioſus inambulat: in Perſ. 2. 5.

364 *Appellere non valet currus*] nauticum verbũ; à naui ad currum, & contra vſitata Poetis tranſlatio: exempla obuia.

380 *Aperi caput*] operto capite ſalutare, vel nutu, vel voce inciuile eſt; ille Gurgulio apud Plautum; Quis, inquit, *hic eſt, qui operto capite Aeſculapium ſalutat*? cum detecto capite, omnique veneratione, vt decet, Medici, præclarique viri ſint ſemper ſalutandi; A Criticis ad hæc vſque tempora ambigitur, an olim Romani aperto, vel operto capite inceſſerint; & an ſalutationis gratia aperire conſueuerint: ſatis ex Varrone de vita Populi Romani, vt eſt apud Nonium Marcellum

Fit enim aliquando, vt iſte, cui Venus fauit, regat currum, hoc eſt, qui nullis meritis, nulliſque virtutibus; ſed Venere quadam, & illicio quodam; quo Domini plerumque inſaniunt; præſtat; & alios poſthabet ille, inquit Seneca lib. 2. epiſt. 28. *Non eſt mihi par virtutibus, nec officijs; ſed habuit ſuam Venerem, ideſt gratiam, & venuſtatem, qua in hominum commendationem, & amicitiam faciliter, ac feliciter inſinuatur*. Tibi verò ſi vis à Famulo obſeruari, ac coli, ſanum quidem conſilium; & aphoriſmus vnicus eſt; cum Famulis rarius loquaris, congrediaris rarius, nullaque ludicra cum iis exerceas: *Mitiorum enim Dominorum conſuetudine metus*, inquit Plinius nepos, *exoleſcit*: Peruicacis naturæ ferè omnes Famuli, qui vel facie, ſeu ſpecie, vel ingenio, vel genere gloriantur; ſibique placent; quos abigendos, iubet Petrarcha lib. 2. dial. 29. de rem. vtriuſque for. Non ſolum itaque in curru loqui decet famulos, ſed neque ſtipē fas eſt prætereunti dare, vel aliud præſtare officium; Ad currus Dominum id facere ſpectat, et laudati moris eſt.

487 *Ambitio longa*] quam alibi ſpei pabulum voco: longam ſpem, Horat. lib. 1. Ode 11. *Spacio breui*, inquit, *reſeces*: Infinitam vocat Italici ſermonis, Princeps, ac pater Petrarcha.

L'infinita ſperanza occide altrui.

481 *Ambitio, tenacitaſvè*] Diſſimilium difficile, ac

rarum

rarum ſodalitium: in exiguis nulla ambitio: Præpoſteræ ambitionis eſt, honoris fuga honorem captare: *O praua*, inquit Plin. ad Traianum, *ambitio, concupiſcere honorem, quem dedignaris, dedignari, quem concupiſcis*: Sic ſunt qui obtorto collo profitentur ſuperbiam, Deo, & hominibus execratam hipocreſim.

531 *Ambitum relinque*.] ab ambitu diſtinguitur ambitio; ille in actu, & exercitio eſt; iſta verò in habitu, & animo: Ambitio quidem eſt gloriæ, magnarumque rerum deſiderium; Ambitus autem eſt crimen affectati honoris: Nihilominus olim ambitus erat licita honoris appellatio; dicique cęptus eſt à circumeundo, ſupplicandoque; Feſto teſte: Quare præhenſio, ac ſupplicatio, ſeu blanda illa honoris petitio legibus minimè fuit prohibita; ſed, vbi muneribus, pecunia pro aliquo Magiſtratu, vel Sacerdotio aſsequendo tentatum eſt, legibus Iulia, Pompeia, Bæbia, Calphurnia, cæteriſque pro variis temporibus ambitus retuſus eſt: Vndè caput l. 1. ff. ad l. Iu- 1
liam de ambitu; huiuſmodi ſenſu intelligi debet; vt præhenſio ſupplicatioque Magiſtratuum non intelligatur vetitā ad hoc, vt lex hæc de ambitu in Vrbe ceſſare dicatur; quia, inquit Modeſtinus ad Principis curam, non ad Populi fauorem pertinet creatio Magiſtratuum: Non enim muneribus ſollicitari præſumitur Princeps; Populus verò, cui omnia venalia; nullaque conſcientia, plus offerenti offitia, & ſacerdotia conferebat;

Hinc Alexandri Imperatoris ad omnes Principes optima Paræneſis, qui dignitates, & Magiſtratus ſe vendere nolle prædicabat; quia qui emunt, neceſſe eſt; vt vendant; pecuniaſque in venditione expoſitas, quomodocunque poſſint, recuperent: Sed tamen rarò dari dixit Cicero 2. de Orat. vt quis poſſit liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione ſeiungere.

285 *ex Ambra repleăt.*] miri odoris paſtillus: Rei nouiter repertæ nouitium quoque vocabulum additum: Marochinorum lingua in Africa, Amber, Balænam aiunt ſignificare; propterea facile induci poſſe; vt aliquid huiuſmodi odoramenti è Balæna erumpatur; ſiue ſit ſemen, ſiue adeps è Balænæ lumbis extractus; non dubitamus: Alii, in quorum ſententiam videtur inclinaſſe Iul. Cæſar Scaliger exercit. 104. num. 10. marini fungi ſpeciem, è fundo, vbi naſcitur, maris agitatione erutam arbitrantur; ſed ſuperior magis accepta eſt opinio.

130 *Ambulacris amœnis.*] ad deambulandum locus tam apertus, quàm opertus ambulacrum Plauto, ac Plinio; Ciceroni verò ad Attic. & alibi ambulatio appellatur: Nonnunquam adiuncto aliquo diſtinguitur: Ambulatio enim, quæ abſque anfractibus in altum, vel in longum extenditur, recta; quæ verò plana tantum fit, porrecta dicitur; vnde apud Minutium Felicem in Octauio; recti montes; porrecti campi appellantur: Quæ domi, ſeu foris in atriis, ſeu ſub porticibus fit; recta; quæ ſub diuo, ſubdialis; Græcis hypethra ambulatio

d dicitur:

dicitur: In peſtilentia, inquit Celſus lib. 1. cap. 10. ſub diuo ambulare oportet; ad quam ambulationem ineundam hortenſes areæ longius exporrectæ coelò ſereno alliciunt, ac prouocant; hinc inde è myrto, ſiue è lauru: abrotonouè topiaria amænitum parietem præſeferentia deambulantiũ oculos mirificè tenent; ac ſi inter deambulandũ ſubrepit laſſitudo; tempeſtiua præbent vmbracula; ſediliaque ſubminiſtrantur; miraque aquarum ludicra viſuntur: in pluribus Vrbis Hortis Perettanis ſcilicet, Farneſianis, Barberinianis, Pijanis, Ludouiſianis, ac Matthæis inſignia ſpectantur ambulacra; ſuper omnia verò excellunt in Hortis Vaticanis; ac Quirinalibus, quos Vrbani Octaui magnificentia pro Principis dignitate expaciatos, ac circumoenitos, vmbroſiſque platanis, proceriſque pinis conſitos, maxima cum animi noſtri delectatione contemplati, ſpaciatique ſumus.

675 *Ambulandi artem*.] non eam intelligit artem; quam, vt vocem iuues: vt valetudinem cures, docet Seneca epiſt. 15. meque eam, qua Pueri à Pædotriba, vt Manni ab equiſone veniunt inſtruendi, ne qua in proferendis pedibus inconcinna eorum notetur indoles; quà de re Quintil. lib. 1. cap. 11. & nos latius in Paræneſi ad Ambulones: ſed eam artem de qua libellus, quem mihi videre non licuit; nec videre curo; cuius libelli ductu, ac doctrina quis, vel in ipſo æſtus meridie per Vrbẽ tutus à Solis radio, vel à canis rabie valet permeare.

Eò quorundam delicioſorum, Ardeliorumque peruenit luxus, & inertia, vt vmbram à Sole ve-

Digitized by Google

nari velint non minus, quàm qui ab eodemmet ſole maculas inueſtigaſse, ac reperiſse glorientur; ſibi artem hanc fabricandam curarunt: Inuentus eſt tam malè feriatus, adulandique peritus homo, vt de huiuſmodi per Vrbem incedendi methodo libellum cuſerit, temporiſque iacturam & in ſcribendo, ac in permeando fecerit: Quod enim per horæ quadrantem iter facere commodè poſsumus; horam, & amplius per vicorum diuerticula, perque ædes peruias inſumimus: ò mores, ò temporis deploratum diſpendium.

110 *Ambulando iuueneſcit*.] ſicut otio, aut deſidia tabeſcimus, ac ſeneſcimus, ſic exercitio vigemus; ac roboramur; exercitatio, inquit Ariſt. 5. Metaph. ſanitatis eſt cauſa, & è contrario: inter exercitia, quibus valetudo comparatur, & conſeruatur, vegetatque corpus, potior eſt moderata, tempeſtiuaque ambulatio: nimia ſanè non permittitur; ne caro præ labore colliquetur; labor enim corpus extenuat, & colliquat, teſte Hipp. de diæta propè finem; paulò ſuperius idem inquit; cum à ſuperioribus partibus ad inferiores aliquid defluere velis; imprimis prodeſt ambulatio tarda ſenibus, & imbecillioribus, velox robuſtis, modeſta, ac moderata vtrique: conſule Mercurialem lib. 5. cap. 11. de arte Gymnaſt.

Qualis, vbi, & quomodo ineunda ſit ambulatio, eleganter, vt alibi diximus, docet Corn. Celſus lib. 1. cap. 2. Bonæ quidem valetudinis indicium eſt ambulatio, ſicut morbi, cubatio: Vndè

am-

ambulare, pro viuere, & benè valere accipitur; quod notauit etiam Paſserat.inProper.lib.2.eleg. 4. ſic illud Euangelicum; *Surge,& ambula*; & illud alterum; *Tolle grabatum,& ambula*:ideſt viue,ſeu vale. Stomacho, qui coquinæ Magiſter dicitur, exercitatio pro modulo neceſsaria: imprimis ſtudioſis,quibus ſtomachi imbecillitas non tantũ ob litterarum ſtudium euenit; ſed ob ſtudioſorum felicioris ingenij naturam; quæ cum gaudeat ſpiritus ſubtilitate, vt ait Marſil. Ficinus; minus cum corporis firmitate copulatur: ſi certum tempus ad ſpaciandum dari non poteſt, vel temporis intemperie, vel pedum imbecillitate, vel aliqua publici muneris diſtentione,aliud exercitationis genus requiritur; vt eſt clara, & canora lectio,cuius exercitio valde oblectabatur Plin.lib.9.epiſt.vbi de ſe loquens ait: *Ambulo, mox orationem græcam, latinamvè clarè, intentevè non tàm vocis cauſa, quã ſtomachi, lego.* idq. ad ſtomachum facere in matutinum tempus, non autem pomeridianum recitandum; teſtatur Celſus lib.1.ca.2 & 8.& Seneca ad Lucillum epiſt.78. *Medicus* inquit, *vt legas clarius,& ſpiritum,cuius iter,& receptaculũ laborat, exerceas:* quod & Clem.Alex.in Pædagogo lib. 3. huiuſmodi lectiones exercitium ſanitati prodeſse affirmat. Quibus autẽ non accepta,aut ignorata lectio; clament, vociferentur, aut, vt ait Apuleius; Florid. 3. boent; purgentque rauim; ſin minus, crura fullonicè, vt monet Seneca epiſt. 15. exerceant; Quam ob rẽ Chryſippus Philoſophus,vt narrat Diog.Laert. lib.7. cum in conuiuio à compotatione, cui cæteri iuxta morem largius indul-

ſerant

ſerant; abſtineret; ne otiaretur, crura ſub menſa agitabat, quod vbi ex pueris vnus animaduertit; non illepide dixit, Chryſippi crura ſola ebria ſunt: Cura, ſeu mentis cogitatio eſt quædam animæ quaſi deambulatio; vt enim corporis habitus otio corrumpitur, exerciciis conſeruatur; ſic & animæ habitus meditationibus incrementum capit, ac viget: Nihilominus pulchre Plato monet; vt neque corpus ſine animo exerceamus; neque animum ſine corpore; vt pariter vtriuſque curam habeamus; alterum enim Athletarum eſt, alterum inertium: ita Diogenes Laertius lib. 3. abſque enim corporis, & animi mutua exercitatione; vtrumque, vt cum Caſſiano lib. 9. dicam, pigreſcere compertum eſt.

119 *Ambulatio circumciſa negotijs.*] Cornelii Celſi verba lib. 4. cap. vlt. in fine. *Delectationis cauſa quantum iuuat ambulare circumciſa omni negotioſa cogitatione, vel actione.*

115 *Ambulatio frigida.*] vbi triſte ſilentium, vel mæſtum colloquium frigus eſſe dicitur.

117 *Ambulatio iocis amica.*] ioci iocundi, dummodo non mordent, in coambulones dicta dicere, vel cauillari eſt odio plenum.

118 *Ambulatio libera.*] à curis ſcilicet, & à puerili quadam verecundia; eo modo, quo Toga libera olim dicta fuit; præter enim alias rationes, hæc fertur potiſſima; quia Adoleſcentes togam liberam, ſeu virilem induentes liberioris linguæ, ac vitæ forent: verba latino more liberius proferendo: Quid autem ſit latinè, vel latino more loqui; vide

vide Turneb. aduerſ. lib. 24. cap. 5. hoc eſt ſuis vocabulis res quaſque, vel obſcœnas, abſque tegumento aliquo enuntiare. Martialis.

Abſoluis lepidos nimirum Auguſte libellos,
Qui ſcis Romana ſimplicitate loqui.

115 *Ambulatio loquax.*] euitanda loquacitas maximè Adoleſcentibus; quos magis audire, quàm loqui decet: Aliter agentes caueant, ne illud Zenonis Cittici dictum audiant: Eorum ſcilicet aures in linguam defluxiſſe.

115 *Ambulatio ſilens.*] Beſtialis propè ambulatio, quæ cum ſocio initur ſilentio: Iucundus enim comes, hoc eſt garrulus, in via pro vehiculo, hoc eſt ſine tædio.

116 *Ambulatio ſeriis moroſa.*] nihil moleſtius, ac inſuauius, quàm iucundis amara, iocoſiſque ſeria miſcere; ac ſacra profanis irreligioſius.

118 *Ambulatio ſimplex.*] ſine fuco, candida, & aperta; contraria ſcilicet illi ambulationi; quam duplicem, & inter impudici ſigna in 14. phiſog. ponit Ariſt. Quas autem ambulationes intellexerit philoſophus; & quare impudicitiæ dicantur ſignum; eſt diuinare potius, quàm quicquam ex iis, quæ ab Interpretibus afferuntur, intelligere; apud Baldum Bononienſem videre eſt de hac duplicis ambulationis intelligentia. Ne velim intelligas hic ſimplicem ambulationem ſociali contrariam, ac ſolitariam; cum ſocio ſimplex eſſe poteſt, & laudatur. Et ſi Ferdinando Hiſpaniarum Regi omnium ſuſpicioſiſſimo iniquè ferebatur; quod duo ſimul ambularent; interque ſe loquerentur;

tamen

Digitized by Google

tamen hinc ſibi perſuaderi, à quodam ſuo Gratioſo paſſus eſt; ex huiuſmodi ambulationibus poſſe imponi vectigal; & in gratiam Gratioſi impoſitum fuit: vt ex Hiſpaniç Hiſtoricis notauit, & retulit Lælius Biſciola ſubceſciuarum lib. 9. cap. 13. num. 7. tomo 2.

115 *Ambulatio vrens.*] Anthiteton frigidæ. Vrit ſi quidem, qui alicuius myſteria, vel nutu, vel circumlocutione reuelat, qui os alicui oppilare quærit; qui vafrè ſubridet; & lambendo mordet, & qui, ſi non aliquà nocuiſſet mortuus eſſet. Ruſticana conuerſatio, odioſa, periculoſaque ambulatio.

12 *Ambulonibus.*] Suetonianum verbum; et ſi is, qui ſpacia facit, & in ſua veſtigia reflectit; dicatur ambulare; vt apud Plutarchum in libello; An ſeni ſit gerenda Reſp. in fine. Dicæarchus ſurſum, deorſum ſpacia conficiendà in porticibus eſſe dicebat; Gulielmus Xylander ſic interpretatus; ſurſum deorſum, pro vltro citroque, vel rurſus, prorſus, ego quidem interpretarer; Sic enim Varro, inquit, *Mortales multi rurſus, ac prorſus meant*; ſic antè ipſum Ennius ad rem propius facit.

Rurſus, prorſus reciprocat curſus, feram. Martinus Delrius in comment. Senecæ Troiades videndus, ac perpendendus eſt: Nihilominus ambulans etiam pro eo, qui porrò, & vlterius pergit; ſolet paſsim vſurpari; ſicut ire dicitur, qui vlterius progreditur; pariter & ambulare; incedere verò, eſt cum grauitate ingredi; Seneca ad Lucillum

Digitized by Google

cillum; *Non ambulamus, ſed incedimus.*

14 *Ambulo nebulo*] è ſola nominum in idem deſinentium: conſonantia, annominatio dicitur, quia vero Nebul o dictus eſt, vt eſt apud Noniũ, qui mendatijs, & aſtutijs nebulã quandã; ne quis & qualis ſit, dignoſcatur, obijcere ſolet; hinc dicterium eis, iu quos retorqnetur conuitium, optimè quadrate videtur: Quas Deus bon è, calamitates diſſimulant; quot obtrudunt mendacia, gerris vel ſiculis mendaciora? vt, quales non ſunt, ſe ſe oſtentent,& venditent? qui ſanè in curru ſublimi velut nebulæ pediſequos obumbrant, & irreſalutatos prætereunt.

159 *Amicitia Artifex*] ſæpè fit, vt illo obuio, mutuoque inter ambulandum occurſu quædam amoris nota excitetur, animorumque exoriatur agnitio: Amicos quidem facere difficile, difficilius conſeruare; Oct. Aethicorum Ariſt. ſine amicis nemo viuit; Nec enim minus is, cui aduerſa, quàm cui proſpera fortuna eſt; amicis eget; ille, vt ſubleuetur, iſte, vt habeat quibus elargiri valeat, & vt de Mamona amicos facias, eoſque conſerues, iamdudum prædicatum eſt: Quare non audiendus Euripides, dum dixit, vel vt rectius dicam, male dixit.

Cum res ſecundæ ſunt; quid amicis eſt opus? Cui, licet quoad retundendos ſpiritus à Plutarcho perbelle reſponſum, reſponderi etiam poteſt; quoad facultates, quas tibi è cœlo compluit diſpenſandas, ac diſpertiendas; opus eſt amicis, quibus liberalitatem, munificentiamque commu-

nices, atque exerceas.

1077 *Animas vtrinque olentes*] tam pro oris, quàm ventris halitu, ac vento anima accipitur: Plaut. in Aulul. *Ne quid amittat animæ dormiens.* ideſt venti per poſticum: Hic ſugillatur Aurigarum immundities, & inurbanitas; non enim tam è ſupero, quàm ab infero, vt Plautine loquar, gutture impuros exhalant flatus; præterquam cæteris laborant vitijs; ſcatentque flagitijs, vt vel contactu, & proximitate inficiant; & corrumpant omnia: Non ab re ſimbolici Erycthonium currus inuentorem, & rectorem è Vulcani ſemine in terrum proiecto non humanis, ſed Draconiticis pedibus fingunt editum; tanquam genus hoc hominum è terra egreſſum, affectibus pedum ſimbolo ſignatis in ferinam naturam degeneret; totamque viciniam deprauatorum morum veneno inficiat.

651 *Annonam incendit*] vide incendit.

209 *Anſa præceps*] illud temporis momentum, ſeu punctum rei gerendæ opportunum, quod occaſio latinis eſt; quaſi ob caſum potius; vt Feſto, quàm ob cauſam, vt Scaligero, proueniens: Non χρόνον, hoc eſt tempus ſed χαιρὸς hoc eſt temporis opportunitas, Græcis dicta eſt: Quam ſicut Medici ſuaram curationum, ſic Iuriſconſulti rerum gerendarum animam appellare meritò ſolent: Propterea occaſio à Plutarcho in Niceą, rerum gubernatrix: in Sophocle apud Suidam; in obeundis quibuſcunque negotijs optima magiſtra dicta eſt. Non minus itaque occaſio, iuxta Hipp. ſententiam Aph. 1. Medicis in corporum curatione, quàm

quàm Iuriſconſultis, iuriſque cauſidicis in negotiorum terminatione, ſæpe euadit præceps & fugax: Illis, quia, vt inquit Galenus, humanum corpus perpetuò fluit; His quia humana volũtas, à qua pendent negotiationes omnes, ſtare neſcit, perpetuòque ambulat: cum ergò in agibilibus occaſio ſit præceps non minus cunctatio, ac imperitia obeſſe ſolet plurimum: videndus Camillus Baldus Apotelesſm. 125.

440 *Anſa ſubcinge veſtes*] Anſa præter alia ad veſtem ſubligandam idonea,

Tibullus,

Anſaque compreſſos alligat arcta pedes.

Virgilio Fibula;

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Anſatus] in præf. Feſtiuiter Plautus anſatum hominem appellat; qui in anſarum ſpeciem ſubnixis brachijs glorioſus inambulat: in Perſ. 2. 5.

364 *Appellere non valet currus*] nauticum verbũ; à naui ad currum, & contra vſitata Poetis tranſlatio: exempla obuia.

380 *Aperi caput*] operto capite ſalutare, vel nutu, vel voce inciuile eſt; ille Gurgulio apud Plautum; Quis, inquit, *hic eſt, qui operto capite Aeſculapium ſalutat*? cum detecto capite, omnique veneratione, vt decet, Medici, præclarique viri ſint ſemper ſalutandi; A Criticis ad hæc vſque tempora ambigitur, an olim Romani aperto, vel operto capite inceſſerint; & an ſalutationis gratia aperire conſueuerint: ſatis ex Varrone de vita Populi Romani, vt eſt apud Nonium Marcellum

Digitized by Google

rentius Regis Chriſtianiſſimi Medicus, ac Conſiliarius lib. 11. cap. 12. hiſtoriæ anatomicæ, quærit, cur Natura homini perexiguas aures donauerit: tum, inquit, ad ornatum, tum quia caput erat pileo tegendum: quicquid ſit, mihi ratio leuis: Hac de re in libello de ſalutatione latius nos, & à Lipſio, & ab Alciato longe ambulamus; vide hunc lib. 5. cap. 10. Parergon. & nos infra. Siſtendi officium.

684 *Apollo artis medicæ parens*] ipſemet Apollo de ſe ipſo apud Ouidium Metamorph.

Inuentum medicina meum eſt, opifexq; per Orbẽ
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Vndè inter alia Apollinis etyma; quaſi Απελλωντα dictum volunt; quod propellat, & auertat morbos: Lilius Girald. ſyntagm. 7. in princip. & Alexicacus cognominatus, hoc eſt malorum depulſor: Pauſan. in Atticis.

685 *Apollo dator vitæ*] ratio, quare non euitandus ſol, apricatioque appetenda: Solis quidem temperatus calor omnium malorum fuga exiſtit, ideo Sol fons vitæ; & ſoſpitatis, quam omnibus præſtat animantibus; Author celebratur; vt infra, ibi eſt videre in verbo. *ſol caput*: iuxtà vero quoddam aliud Apollinis etymon; penitus videtur ſonare cotrarium; id ſcilicet, quod exanimet, ac perimat, vt habet Euripedes in Phætonte, & Gyraldus ſyntag. 7. refert: Morbo huiuſmodi exuſtos Græcis Heliocauſtos, quaſi inſolatos; Plinio ſyderatos appellari video: ſed hoc morbi genus nó à Solis radijs; verum ob aeris intemperiem maximè

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mè ſub canis exortum citius, & efficatius aeris intemperantia in hæc inferiora virus ſolet eiaculari, atque ex humanis corporibus, quicquid ineſt malignitatis, excitari; ideo tunc in Sole cautè deambulandum.

188 *A boreta*] Arboretum ignobilius verbum; Arbuſtum vero, idem ſonans, celebratius, Authore Gellio lib. 17. cap. 2.

649 *Arca mugiat, cantitetque.*] vaſi vacui ſonus eſt; mugire de animalibus paſſim; de amne apud Virg. de Nauis malo apud Horatium.

Non eſt meum, ſi mugiat Africis
Malus procellis, &c.

423 *Ardet Calceus*] de auro, de clamide, de apice, & ſimilibus apud Virg. & alios pro fulgere, & ſplendere, ardeo accipitur; pari modo de nigello calceo recenti poteſt vſurpari; qui quo ornatior, eò ardeſcit, & ad ſui ſpectaculum obuiantium oculos allicit; Hinc Hieronymus Stridonenſis lib. 2. epiſt. 10. Caliga, inquit, ambulantis nigella, ac nitens ſtridore; aliter ardore; ad ſe iuuenes vocat.

28 *Arena contumax*] cum incipit ſtillicidium, nec facile meitur, fit contumax, & in calculum arena concreſcit: in pluribus intimis corporis partibus ex craſſa, & viſcida pituita, & arena gignitur calculus, vt ad Hippoc. Aphor. 79 ſect. 4. docet Iacobus Hollerius: ſed qui ex pituita in varijs corporis partibus, qui verò ex arena in renibus tantum gignitur; è quibus tam arena enata, quàm congenitus lapillus deſcendit in veſsicam, vbi cru-

cruciatus ad interitum exercet acerbiſsimos: ſuccuſsu Rhedæ Renes calefiunt; ibique in tophum concoquitur,ac lapideſcit viſcida materia;& viæ, quæ ab his ad vrinales meatus laxæ,& molles extant , ſeſsitatione anguſtantur , ac obſtruuntur : quomodo ; & qua cauſa contrahatur ſtillicidium , eiuſdemque fiat ſuppreſsio , vide Leuinum lemn. lib. 2.cap. 23. de occul. nat. miraculis , alioſque huiſce rei peritos .

654 *Arua degenerant*]in re agraria ex Catonis,Varronis, & Columellæ ſententia , primas fertpratũ; ideo degenerare pratum potius videbatur dicendum in aruum,quàm contra;ſed,licet prati cultus pro armenti modo habendus ſit, eius tamen dilatatio; ac delectatio coercenda , & compeſcenda eſt, nimia enim pratorũ copia vel hominum ignauiam, vel eorundem maiorem, quam iumentorũ penuriam arguit: Siquidem vbi Bigæ ſatis eſsent, Trigæ, Quadrigæ, Sexiugæ noſtris temporibus vix ſufficiunt: Hinc cultus agrorum nullus, agriculturæque contemptus non tolerandus .

723 *Aſarota plauſtris vulnerantur*] Græcanica dictio ; inter pauimenta variis figuratiſque teſtulis inſtrata cenſentur aſarota , de quibus Papinius in primo ſyluarum.

——— *Vacuas vbi picta per artes.*
Gaudet humus,ſuperantq. nouis Aſarota figuris.

pro quolibet egregio pauimento ſic Aſarotum accipitur quemadmodum lithoſtrota, & cætera pauimentorum genera.

323 *Aſturco*] ab Aſturia Hiſp. regione equos, quos

fert

nata cenſetur? Dicas licet: Tellus, quæ neceſſaria, nulla hominum induſtria pratenſes herbas, velut excrementa extrudit; nullis, quæ ad liberalitatem ſpectant, venit exornanda epithetis; ſed illa, quæ proſciſſa, & elaborata vberiores, ac præciſiores, quàm recipit fructus reddit, meritò iuſta, benigna, ac fœcunda mater appellanda eſt.

486 *Auarus venter*] ſubſtantiuè Auarus, Venter ſimilitudinariè ſtat; ſicut enim ex omnibus, quæ venter In ſe attrahit; exugit optimum, & quod reliquum, egerat; ſic Auarus non vento, ſpei ſcilicet alimento nutritur; ſic & venter non ſpe, ſed re; Preterea Auaro ſemper appetitus, ſiue fames, quod ventris vitium à Græcis βουλιμία, appellatur vt notat Andreas Laurentius lib. 6. cap. 17.

535 *Aula*] pro Aulici, metonymia Poetis tropus familiaris, licet Veteribus aulam, pro Olla, proferri non ignorem; noſtri ſanè temporis Aulicos non ab Aula, hoc eſt Principis domo, ſed ab Olla potius ex eo dici putarem, quod Aulæ, ſeu Ollæ addicti, aſcriptique eſſe videantur; Vnde Ollares Amici dici ſolent, qui comenſales, quod Ollam, ſeu menſam ſectantur; in hunc ſenſum Martinus Delrius in adag. ſacris 258. par. 2. accipitur: Qui alieno gaudet cibo, facilè in ſcurram abit, ſeu adulatorem, Aulici, & Adulatoris ab eodem fonte, ab Aula ſcilicet, emanat vocabulum, vt notat Becmanus, in verbo Adulor: Ex illa ſiquidem aulica, vt cum Budæo loquar, apparitura, quam Domino ſolent facere, dum ab vtroque latere ala Aulici comitatus panditur ad excipien-

d dum

dum reducem Dominum, nil aliud aſſequuntur, quàm ferculum quotidianum, quod Anaſtaſius Bibliothecarius in Bonifacio Secundo ſcutellam videtur appellaſſe; & quidam alius Pſaltem imitatus; Ollam ſpei ſuæ, quam Romæ partem dicunt; qua quis ſe ſe ſuſtinens ea, quæ aſſequi poſſe aliquando confidit; non inconcinnè nominauit.

566 *Aula edax*] tam pro promoto nuper in Antiſtitem, qui Aulam in Vrbe aperit; quàm pro eo, qui in Aula, tanquam in præſepe deſeruiens ſtabulatur; accipe edacem Aulam.

999 *Aulicus tumultus*] graphicè Aulæ famulitium ſeu comitatus deſcribitur; vbi mira ſemper hominum, & morum farrago, dum Aulicaſtri operam Dominis ſuis ad ſacra munia, ſiuè ad alios conuentus cōmeantibus ſolent impendere: Aptè tumultus, quaſi, vt innuit Cic. 2. philipp. rerum tumor dicitur: Hinc Propertio lib. 2. eleg. 27. iſtud aulici famulitij fretum, tumor dictus eſt.

Contra reiecto quæ libera vadit amictu,
Cuſtodum & nullo ſepta tumore placet.

470 *Aula Romana tenor*] vide Romanæ aulæ.

612 *Aula limina lubrica ſequutus*] nil mirum de aulica inſtabilitate; cùm Aula ſit Impoſtorum, hominumque ſibi inuicem inſidiantium diuerſorium, vtpotè vnius euerſio, ſit alterius votum, & gaudium: Non ab re Aulam appellat lubricam, cuius culmen tantummodò lubricum facit Senec. in Thyeſtes choro act. 2.

Stet quicunque volet potens

Aula

Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis ſaturet quies
Obſcuro poſitus loco,
Leni perfruar otio.

Vtrinque rectè ; non ſolùm enim ab Aulæ culmine caſus, & præcipitium, ſed etiam intrà viæ curriculum non deſunt caſus: Antè enim quàm quis ad illud fauoris, & honorificentiæ faſtigium perueniat, ſæpe lubricat, cęſpitat, lapſitarque; ac nonnunquã fractis cruribus, ac iugulo vitã opera, & oleo effuſo deſerit: Ingreſſus, ac tyrocinium Aulæ blandum quidem; at progreſſus ſenticoſus, & lubricus: Egreſſus autem aut nullus, aut miſer; Id Aulam ingredientibus contingit, quòd improbæ Fœminæ, ac proſtitutæ, quæ vbi ſemel in Veneris nundinas pedem intulit, ab huiuſmodi miſeriarum emporio, etiamſi millies ſtatuerit egredi; commeatum impetrare, foreſque adinuenire penitus ignorat: In Vrbe tam veteri, quàm nupera non deſunt aulici infortunij exempla; vbi vt verè Polybius lib. 5. dixit. *Aulici iam beati pro nutu Regis eueſtigiò miſeri:* Seianos, quorum apud veteres monumenta extant, inque viuentium albo adhuc recenſentur, præteribo: Vnius Ioannis Concinni præcipitium, qui Pariſijs Lutetiæ è cœno in cælum euectus in ſui nominis, & corporis miſerabiles caſus prolapſus eſt; memorare libeat : Bernardus Gulielmius, Concinni conterraneus, non minus iuris, quàm amœniorum litterarum Scientia clarus, & mihi Amicus charus, in Aulicorum, qui ceciderunt, ac qui

Digitized by Google

modò exiliunt gaudio, ac iubilant, paræneſim ac ſolatium cenotaphium Concinno in hunc modum graphicè concinnauit:

Gallicum Seianum
Regno propinquum, Regi proximum
Pœnitens, aut fatigata
Fortuna deſtituit: Principum inuidiæ
Victima mactatur;
Vt ſacer homo ſaginatus publico
Galliam expiet;
Ferrum expertus, malè qui cupiuit aurum;
Regnum qui viuus
In partes ſecuit, mortuus ſecatur in fruſta:
Aequius, an immanius?
Diris, ſibilis, inclamationibus Plebs furens
Iuſta fecit:
Tracto diſcerpto, nullibi, aut vbique ſepulto.
Eheu quàm diſſimili
Exitu clauditur Aulicorum fabula:
O rerum vices, ò fata.

206 *Auriga impatiens.*] dubitatum olim fuit; an inter infames Aurigæ haberentur; Tertull. lib. de ſpect. infames facit; non eſſe autem tales facit l. Athletas, ff. de his qui not. infam. vide Buling. lib. de lud. Circenſib. cap. 40. & 48. Aurigarum noſtri temporis eò peruenit inſolentia, vt ſtatim, atque capſum aſcenderint, videantur, velut gallus gallinaceus in ſterquilinio, regnare; nec domini monita ferre, nec Vehentium voces exaudire.

Auri-

Auriga trahendus.] vide fræno trahendus.
Auritum vinum.] vide vinum; ibique guſta.
563 *Auxilium anceps.*] Viaticum, quod per mare abeuntibus paratur; auxilium viæ primo Aeneidos dicitur; atque ita anceps plerumque eſſe ſolet; vt iter, quod tibi diecula conficiendum eſſe putas; ventis, procellisque aulicis deſæuientibus diuturnum; ægerrimũque euadat; teque longè aliò à portu delatum eſſe valdè pigeat; & tanquam tenuiter, ac, vt cum Plauto loquar, æſtiuè viaticatus inter ſcopulos frigore ſtrideas, ac fame pereas, neceſſe habeas.
808 *Axis refractus.*] Cæſar Gallici triumphi die Velabrum præter vehens, axe diffracto penè curru excuſſus eſt. Suetonius in Cæſ. de huiuſmodi caſibus hodierni temporis patent plura exempla inferius.
711 *Axis inunctus.*] Lituani, ac Samogitæ ſuos non linunt currus, quorum ſtrepitus, ac ſtridor illis nõ ingratus; mirus quidam querulorum axium velut concentus longè exauditur: refert Alex. Guagninus in Samogitiæ deſcriptione.

B

784 B*Aiulus trabalis*] vide Trabalis.
644 *Balatronibus vel ipſis*] Balatro nomen conuitij in eum, quem abominari velis, ſiue deducas à balatu, vt vult ſcholiaſtes Porphirio in Horatium, ſiue ab eo, quod de calceamentorũ ſoleis

dera-

deraditur, vt mauult Feſtus; ſiuè à Baratro, vt nōnulli detorquēt,ſiuè vt alijs placet,à gallico ver bo, Belitre, Turnebus, & alij in balatronis etymo- ludunt: Vtcunque ſit; Nebulones, ac deſpicatos, nulliuſq. negotij homines Balatronis vocabulo intelligas; quod etiam num Italis vſurpatur in eos, quos conuitio conſectari volumus: Barathrones àBarathro gulones dictos ſcias,qui in inguluiē,trāſglutiūt omnia;vt Ph.Beroal.in 3. Aſini Apul. not.

874 *Bambalio*] ex naturæ vitio, quod eſt hæſitatio linguæ, ſeu balbuties; in contumeliam tranſijt, quo nomine Pater vxoris Antonij à Cic.Philipp. 3. per probrum olim fuit appellatus; vt præter alios aduertit Turnebus lib. 17. cap. 19. Aduerſ. Hodie Italis ſtupidi, ac tardi ingenij homo vocitatur Babuinus; apud Iſod. in gloſſario, Baburrus.

874 *Batalus*] plenum contumelia nomen, quo effæminatus, nulliuſque pretij homo notatur: Atticis populis ea corporis pars, quæ abſque læſæ verecundiæ venia proferri non licet, Batalus dicebatur, quo probro aliquandò Demoſthenes, cum eſſet impubes, affectus fuit, vt in eius vita apud Plutarchum, vbi huiuſmodi cognomenti variæ afferuntur rationes: Clemens Alex. in Pedag. lib. 3. cap. 3. eos, quorum vita mollis, & effæminata eſt, Batalos audire dicit.

301 *Benè ſplendidè eſurire*] benè pro valdè Plauto miſ. 2. 2. Ciceroni 3. de Orat. ibi *habetis ſermonem benè longum.* cæterùm ſapit paræmiam in eos dici ſolitam, qui ad ſuam, quam alijs perſuadere

ſuadere volunt, Epitymiam, id eſt bonam exiſtimationem adipiſcendam, vel conſeruandam, foris omnia ſplendidè agunt, domi verò miſerè habitant, miſerius eſitant, ac victitant.

630 *Bibliopagus*] librorum compactor interpretatur ab Hadri. Iunio in Nomencl. Alijs glutinator librorum; Italicè *Ligator di libri*.

407 *Bigæ*] æquos ad currum iunctos, non à curru ſeiunctos intelligas, vt rectè docet; & aliter ſentientes ſugillat Had. Turnebus in diſputatione ad lib. Ciceronis de fato: Hinc apud Varronem in Serano: Bigas cornutas, id eſt duos Boues ad aratrum iunctos, idem Turneb. interpretatur, lib. 15. cap. 4. aduerſ. Bigas, Trigas, Quadrigas, complicitè dici, explicitè verò Biiuges, Triuges, Quadriuges: admonet Becmanus, de orig. l.l.

472 *Birota*] neotericum non omnino inelegans nomen; à binis rotis confictum, vehiculum hoc genus ſtat aliquandò ſubſtantiuè, aliquandò adiectiuè; cuius fit mentio tit. de curſu publ. Cod. Theod. vbi hæc verba. *Statuimus Rhedæ mille pondo tantum modò ſuperponi, Birotæ ducenta; Veredo triginta*: Huius autem Birotæ, de qua hic fit ſermo, inuentorem fuiſſe perhibent Michaelem Angelum illum Bonarotam Florentinum Pictorum, Sculptorumque primicerium.

461 *Boues currus trahit*] vide currus Bouem trahit.

296 *Bracteata Rheda*] vocabulum ne putes nouitium; nam ſicut à Lauro laureatus, & ſimilia deducuntur; nil prohibet quin à bractea bractea-

tus

tus exeat; qua voce præter alios vſus eſt Beroal. in Apulei aſino lib. 10. & pro elegante, & aureo interpretatur. Hic Rhedam bracteatam pro inaurata accipe: Et ſi bractea à βράχω, quod eſt reſono, quò reſpexit Virg. in 6.

Leni cerpitabat bractea vento.

quod ab Italis Orpelo dicitur; attamen etiam aurum, vel argentum in tenuiſſima folia malleo dilatata, bractea; ex qua fit auratura, atque argentatura, vt ait Valla lib. 4. cap. 74. elegant: etiam ſi nil crepitet, appellatur. Illud auri, vel alterius ſimilis materiæ folium grȩcis dicitur πέταλον, inde πετάχα, vt habetur in l. 1. Cod. de excuſ. Artif. lib. 10. hoc eſt Bractearij, quos non inauratores putes, vt Beroaldus, & alij cenſuerunt, cum ſint diuerſi ab ijs, qui malleis aurum in folia, ſeu bracteas cudunt, deducunt, dilatant; vulgo Italico, *Battiloro* dici ſolent, Iul. enim Firmicus bractearium ab inauratore diſtinguit dum ait. *Quicunque habuerit horoſcopum in 17. parte ſcorpij, erit Aurifex, Inaurator, Bractearius*, quam diſtinctionem agnouit etiam Imperator Conſtantinus d. l. 1. Cod. de excuſ. artif. lib. 10. vbi in notitia Artificum diuerſos facit deauratores à Bractearijs, in hȩc verba: *Carpentarij, Sculptores, Dealbatores, Cuſores, Trigarij, Ciſiarij, Bractearij idest* πεταλουργοί.

487 *Breuis ſupellex*] antitheton ad longam ambitionem reſpiciens, de ſupellectili vide infra in ſupellex

Bullatus] in Parȩneſi: à bulla in aquis fieri ſolita

ſolita deſumpta metaphora, pro tumido, ac inflato accipitur. Perſius ſat. 5. appellat nugas bullatas, hoc eſt vento, ſeu vanitate plenas; vnde bullare verbum deduci notant aliqui; falsò tamen Corn. Celſ. aſcribunt, qui nuſquam huiuſmodi verbo vſus eſt lib. 2. cap. 5. in fine. inter alia ſigna longioris morbi narrat: *ſi vrina bullulas excitat*; non dicit Bullat; ideſt bullas facit, vt perperam elegantiſſimo Authori imponunt pro verbi à ſe excogitati confirmatione.

303 *Burdo*] qui etiam Burdus; & æuo Paulini ad Senecam, & Seruij Virg. interpretis vulgo Buricus; & eſt ex equo, & aſina partus; at è diuerſo, ex Aſino, & Equa, Mulus dictus; ille non rudit, hic verò ſic: Vlpianus vſus hac voce in l. item legatus, ff. de leg. 3. Idem eſſe cum Manno cenſetur; Gallis, & Italis *Mulet* dicitur; apud Hieron. in Eccleſ. cap. 10. legitur Mannibus, pro Mannis; ſed Amanuenſis potius errore, quàm Authoris licentia crediderim: vide infra in verbo Mulus.

C

610 C*aballus*] in eo, quo differat ab Equo Caballus, hic liquidè patet; pro iumento doſſuario; claudicatione, vel ſenio, quo inutile redditur, accipitur; Ciſio ad vehenda rudera, vel importandas ſarcinas adiungitur: Vndè enatum illud diuerbium: *Equi ſenectus*: de ijs, qui in iuuentute rebus præclarè geſtis, poſteà ſenio fracti ad piſtrinum, vel ad Ciſium ablegantur: Huc

Ennianum illud à Cicerone in Catone maiori allegatum valdè facit.

Sicut fortis equus ſpacio qui fortè ſupremo
Vicit olympiaco, ſenio confectus quieſcit.

Hinc Hor. ad Olitones, & Calones; Auſonius ad Molendinum, & Pomponius in l. ſi ita ff. de inſt. & inſtr. legat. ad piſtrinum, vt eſt in Vrbe videre, caballos, tanquam ad Currum ineptos, ablegarũt: Hac ille Cato delectatus eſt vectura, de quo Seneca Epiſt. 87. exclamat. *O quantum erat ſæculi decus; Imperatorem triumphalem, Cenſorium, & quod ſuper omnia eſt, Catonem vno Caballo eſſe contentum, nec toto quidem, partem ſarcinæ ab vtroque latere dependentes occupabant.* & vt dixit Horat. ſat. 6. lib. 1.

Mantica cui lũbos onere vlcerat, atq; Equus armos.

Calcandus pedibus ſuperſtes aer] vide Aer.

815 *Calces in ſedem iaculatur*] loris ſeu flagris cædi ſeruile, ac planè illiberale apud Romanos, l. 8. Cod. de repud. vbi mulier iuſtam cauſam diuortij habet; ſi verberibus, quæ ingenuo aliena ſunt, affectam ſe à Marito probauerit: Terentius in Adelph. *vſque ad necem opperiere loris* Sy. *loris liber?* Æ. *ſic erit.* Hodie nihil ſeruilius, atque contemptius, quàm accipi calcibus: pro calcis ictu illud Iuuenalis eſt.

Aut dic, aut accipe calcem.

Calceus ardet] videto ardet calceus.

Callus] & Callum dicitur, non tam ambulatione, quàm ſtrictioris calcei geſtamine, vt plurimum morbus hic pedibus obuenire ſolet: ideo à

calce

calce nomē callis nōnulli deductū volunt: Hinc Scipio Naſica cuidam, cui manus opere rurali durata; ad nominis originationem alludens non infeſtiuè quæſiuit: Numquid manibus incederet: Tolli ſolet callus, vel lixiuij lotione; vel pedum liberiori manſione: Clauus autem calli acrioris ſpecies; quo Silius Italicus Poeta celebris è noſtra Italia; non ex Hiſpaniæ Ciuitate eiuſdem nominis oriundus, perijſſe fertur; blito impoſito eradicatur, vt notat Grapaldus in verbo clauus, ac Blitum; ſale etiam Plinius lib. 31. cap. 9. Lotio quoque canis admixtum lutum prodeſſe refert Michelangelus Blondus de Canibus tract. 3.

213 *Camelus*] nec vltra aſſuetum procedit ſpacium, nec plus inſtituto onere recipit; teſte Plin. lib 8. cap. 18. quod idem firmat ex aliorum teſtimonio Vlyſſes Aldourandus lib. 1. cap. 34. de Biſulcis; vbi inquit, *Cameli dum onerantur, aut onere leuantur, in ventrem procumbunt, & vt ſentiunt ſe æquale viribus ſuis onus impoſitum, exurgunt; nec plus recipiunt.*

1078 *Caminus*] Camini dictio æquiuoca, nam apud Veteres Vaporarium Ciceroni; Tertulliano Fumariola, lib. de prouid. alijs Fornax, alijs Hypocauſtum; & Focus dicitur; vltimæ ſignationis vſus patet in Cic. lib. 7. epiſt. 10. ad Trebatium, dum, ait, *valdè metuo, ne frigeas in hibernis, quãobrem camino luculento vtendum cenſeo.*

An foci, vbi ſcilicet fit ignis, gula quæ in excauato pariete ſuper tectum producta fumum excipit; exceptumque in aerem eructat; Veteribus

idemmet Camini nomen, quale modo vſurpatur, etiam illis extiterit? Adeo incertum eſt, vt, quid teneas, ignores, vt Authorum teſtimonio, quos antiquitatis indagator eximius Iacobus Mazzonius lib. 1. cap. 41. ex Dantis Algerij defenſione dilaudat; colligere potes; videndus Alciatus lib. 12. cap. 2. Parergon. vbi tenet veteres habuiſſe caminos, ſed non eiuſdem formæ; cuius noſtro tempore, ſcilicet per excauatum parietem exfumantes ſuper tecti culmen; ſed foramine aliquo parietibus ſtructo exhalantes.

80 *Canalis*] tranſlatè pro cauterio, ſeu fonticulo: eos notat, qui, vt liberius gulæ, abdominique indulgeant; cauterio peti non curant, quo humores inde deriuando appetitum; guſtumque magis exacuant;

537 *Canes rabidos*] Palatinos canes vocat Aulicos Boethius lib. de conſol. *Cuius*, inquit, *Paulini viri Conſularis corpus Palatini Canes iam ſpe, atque ambitione deuoraſſent; niſi ab hiantibus faucibus traxiſſem*: factum tamen ſemper; ac ſemper fiet, vt canes iſti ſuum Actæonem comedant; quod etiam Remp vorantibus aptari poteſt. vide ceruum miſerabilem.

87 *Canities præcox*] ætatis indeclinabile ſignum; canities, tum animi, tum corporis certum ægritudinis veſtigium; præter cætera damna, quæ ex cauterio dimanant; pilorum euenit transformatio; non ob vitalium ſpirituum exhalationem pili calore deſtituti præproperè efficiũtur cani: Ex nimia quoque tegendi caput diligentia canities euenire

ſolet;

ſolet: vt ex Ariſt. aduertit Greg. Pictorius dialog. 5. de tuend. Val. Hier. Mercurialis lib. 1. cap. 6. de morbis cutaneis; vbi ait; *Qui caput tegunt plus æquo, citius caneſcunt; quia calor natiuus capitis cohibitus tegumento à pilis quodammodo ſtrangulatur*; vbi quid retardet, & emendet canitiem, plura, & pulchra docet remedia.

713 *Canthi lamina*] Canthus eſt circus ferreus, quo plauſtrorum rotæ circumuinciũtur: Quintiliano lib. 1. cap. 5. Inſtit. orat. barbara dictio viſa eſt; dum loquitur de barbariſmo: *Barbariſmos*, inquit, *eſt qualis, ſi quis Afrum, vel Hiſpanum latinæ orationi nomen inſerat; vt ferrum, quo rotæ vinciuntur; dici ſolet Canthus*: nihilominus Perſius, qui antè Quintilianum floruit tanquam latina ciuitate donatum vocabulum recepit ſaty. 5. dum dixit.

Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum.

Iul. quoque Pollux ſub eodem, quo Quintilianus Imperatore Domitiano viuens lib. 1. cap. 10. Onomaſt. huiuſmodi notionis recepit vocem, qua D. Hier. in 4. Regum, & alibi vſus eſt; & alij alibi. Alterius ſignificatus eſt Galeno, & alijs Medicis, quibus oculi angulus, qui Hirquus Virgilio dictus, ibi *tranſuersà tuentibus hirquis* Dicitur canthus, quòd continuè moueatur; & in circulum nictet;

280 *Capanæ*] Tigillus, ſeu virga in poſteriorem partem currus tendens, ac prominens; de qua Iul Pollux lib. 1. cap. 10. Onomaſt. ſuper quam pueri inſilientes, clam Aurigatore; vt Remora

piſcis

piſcis nauibus ; oneri Bigis , ac moræ eſſe ſolent.

954 *Capellus*] De Ioanne Carolo Capello Cumulenſi intelligit Clementi Octauo , ac Paulo Quinto Summis Pontificibus charo ; qui cum interceſſit huiuſmodi , de qua hic narratur , ridiculæ cerimoniæ altercatio , Tritonio Abbati Commendatario Pinarolenſi, Authoris Auunculo.

920 *Capſus*] & capſum alijs ; eſt Rhedæ anterior locus , quo ad regendum Bigas ſedet Auriga ; cuius vocis ex veteribus nulla , quàm ex Vitruuio lib. 10. cap. 14. habetur mentio, quantum memoria aſſequi legẽdo potuerim, vbi Philander,& eum ſecutus Baldus Guaſtallenſis Abbas , non locum Aurigæ , ſed Vehentium eſſe perperam interpretantur ; ac confuſè, dum quem propriè locum non deſignant : Capſus enim Rhedæ iuxta Had. Iunium in Nomencl. eſt Aurigæ locus; vulgò Italico. Serpa, Caſſo, & alibi aliter.

Caput aperi] vide aperi caput.

484 *Carice paſcitur*] carex herba aſpera , & hiſpida eſt, qua Aſini mirè delectantur , quorum copia licet in Aulis plurima, minimè tamen illis gratum eſt huiuſmodi pabulum : Sed caricis alterius ſignificatus ; hoc eſt ſiccis ficubus;hoc eſt meris præbendarum ferculis, ac fructibus paſci deſiderant : Carica quidem cibus inter bellaria apponi ſolitus. valdè gratus , & vtilis ; veneno , Medicorum ſententia , & experientia antidotus optima : teſte Ioanne Bruyerino in Dipnoſophia lib. 11. cap. 33. At cautè , moderatèque caricis veſci oportet ;

pedi-

pediculos enim auidius, ac frequentius veſcentibus agminatim enaſci perhibent; ſuſpirioſis, & anhelantibus vtiliſsimum edulium: eodem ibidem teſte.

651 *Caritatis origo*] Tam caritas, quæ indigentiam, quàm quæ dilectionem ſignificat, ab vno, eodemque fonte deriuari à quibuſdam non parui nominis perhibetur; atque hæc, quæ dilectionis eſt nota; non quia à χάρις veniat; vt nonnulli exiſtimarunt; ab illa, quæ eſt indigentiæ, aſpiratione diſtinguitur; ſed quia vtraque à verbo careo, deſcendat, vtranque etiam abſque aſpiratione proferendam, exarandamque innuit I. C. Scaliger cap. 22. l. I. ac conſequenter primam corripiendam: Quo enim quid carius, ideſt precioſius, eo nobis ſolet eſſe acceptius, magiſque dilectum, ac carum; propterea caritatem, quæ dilectionem dicit pariter inaſpiratè exprimendam iure contendunt: ſed opportunius ac magis ad rem alibi.

E rerum luxu, & abuſu caritatem annonæ oriri nulli dubium eſt, quæ à penuria eò diſcrepat, quòd caritas eſt rerum earum, quæ extant; pretium magis vrgens, ac vrens hominum nimirum fœneratorum prauitate: Penuria verò, iuxta Feſtum, eſt id, quod penè minus eſt, quàm neceſsè eſt; proindè, teſte Valla in Raudenſem, penuria defectum rerum, aut paucitatem, ſeu raritatem arguit: Hinc non inficetè ibi Valla ludit: Plurimarum rerum penuria, ideſt raritas; & earum nulla caritas; bonorum virorum magna ſanè penu-

penuria eſt, vt ij, qui ſunt, cari non ſunt.

514 *Carpatenis duris*] Carpatena, & Carbatina vtroque modo dicitur calceamentum ruſticum à Caribus dictum, vt ſentit Pollux lib. 7. cap. 22. Catullus in Vectium epig. 25. obſcenè meminit.

621 *Carpenti vſus*] De variis vehiculorum nominibus, eorumque differentia; apud Alex. ab Alex. & alios eſt videre: Carpentum, & Pilentum Fœminis arrogatum, derogatum verò Impudicis: Olim lex Oppia lata; ne qua mulier in Vrbe, opidouè, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa, iuncto vehiculo vteretur. T. Liuio lib. 44. in princip. Corn. Tacito lib. 3. Val. Max. lib. 9. cap. 1. teſtibus. Quid per iunctum vehiculum intelligi voluerit lex; deſudant Authores: abundare, iuncto, nonnulli cenſuerunt; alij Carpentum deſcribi dixerunt: Vide Turnebum lib. 27. cap. 26. aduerſ. qui nec legis ſenſum, mihi parcat, nec ſeipſum, præter morem, ſatis explicat: Turnebo maior Mazzonius lib. 1. cap. 3. pro Dante; non vacare, inquit, verbum, *iuncto*; in lege Oppia; qua vehi carpento, & ſic iuncto, non autem equo, vel alia geſtatione mulier prohibetur: Noſtro ſeculo Romæ mulieres vehi nefas eſt, quæ corpore merent, vt ab honeſtioribus diſtinguatur fœminis: Nuperrimo etiam edicto quorumque Religioſorum ſodalitium per Vrbem vehi prohibitum: Purpuratis quoque Patribus Pij Quarti decreto ad Sacra Comitia iuncto vehiculo; non autem mulis, aut lectica deferri vetitum; vt infra allegabitur.

Caſtrat

499 *Caſtrat cibo, & cæt.*] verbum caſtrare notum; cuius verbi notitia, & experientia, iis, qui nobis malè volunt, in exemplum ducatur: Altera eſt eiuſdem verbi notio, ac translatio non vulgaris apud Plinium; ſacco,& niue vinum caſtrare eſt vini vires frangere, vt minus noceat; apud Catonem de re ruſt. Vites caſtrare eſt priuare;& aluearia caſtrare, eſt ea fauis ſpoliare: Caſtrare Remp. dixit Cic. de lingua,& aliis corporis partibus Plautus Aulul. 2. 2.

1092 *Caſus non deſcenſus erit.*] nullo modo, quo à I. C. caſus accipitur à cadendo, teſte Feſto, pro lapſu, vt hic, capitur; pro rei euentu, factiuè ſpecie à I. C.

293 *Catapotium.*] translatè accipe: Græcis id, quod Latinis Pilula; & ab eo, quod deglutiendo ſumitur catapotium dicitur; vtroque nomine vſus eſt Plinius lib. 20. cap. 3. & lib. 28. cap. 17. & alibi: Sphærium appellatur Dioſcoridi lib. 1. cap. 94. Globulus Scribonio Largo; Trochiſcus græcè à rotunditate; Glomeramen Q. Sereno cap. 54. Paſtillus Corn. Celſo lib. 5. cap. 17 Plin. lib. 21. cap. 8.

32 *Catharrus pedum pernities.*] quod deorſum fluit; largè Catharrus; ſtrictè cum in os, fauces, ſeu palatum dilabitur, dicitur.

Quicquid cruditatis è crapula, & nimiæ Veneris vſu contrahitur; ſenſim in pedes; niſi temperantia occurras, defluit: Cum ſicut igitur pedes totius corporis baſis; ab omni labe

diligenter curandi, ac cuſtodiendi ſunt; ne totum ſublato fundamento, corruat ædificium. Gulæ frænum iniiciendum, ac Veneri imponenda fibula, iuxtà illud monitum.

Compedibus Venerem, vinclis compeſce Lyæum.

1033 *Cathedra tacita*] pro ſella geſtatoria accipitur, qua vel ſenio, vel podagra, vel,quod dicere non licet, confecti geſtari ſolet.

91 *Cauis*] id, quod ſolidum non eſt; ſed inane, cauus appellatur Meatus,& naturalia corporis foramina, caui nomine intellige: Lucretius hæc corporis loca à cauo deducens vocat caulas,lib.3 & alibi.

Diffugiunt partes per caulas corporis omnes.

Quem verſum Turnebus in Varronem non rectè al legat.

80 *Cauſtico*] quodlibet medicamentum adurendi vim continens Cauſticum dicitur hinc Martialis ſaponem, ſpumam cauſticam appellat; qua voce pro latina vſus eſt etiam Plinius lib. 23. c. 9. & 10.

85 *Cauterio.*] Diæreſis metri cauſa; qua figura Catullus in hoc verſus genere vſus, ab interpretibus non animaduerſus,nec intellectus. ibi

Verboſa gaudet Venus loquela.

vbi gaudet, triſyllabum eſt; vt & hic, cauterio, pentaſyllabum eſſe deprenditur.

Tàm inſtrumentum, quo fit vſtio, quàm locus exuſtus, Cauterium appellatur: Illud, quod in prouerbium abiit à Diuo Hieronymo prius dictũ: ſcilicet putridæ carnes ferro curantur,&cauterio.

Ex hoc vtique cauterio, de quo hic fit mentio, & im-

Digitized by Google

& imprecatio, quod Medicorum quorundam o-pinatione ſeruandæ valetudinis cauſa, conſulen-dęque gulæ paſſim imprimitur, vigoris, robo-riſque manifeſta effluxio, & ſpirituum vitalium exhalatio; indèque præcox canities, & Veneris languor, vitæquè ſæpenumero vltima periodus.

573 *Cenſum ne ſuperet ſumptus.*] optima, & noua omnibus œconomicis parænefis, quibus cordi ita eſt viuere, vt ne aliorum egeant miſericordia, monſtrenturquè digitis prætereuntium.

204 *Cerebrum Aurigæ.*] metonymia, mentis ſiqui-dem, ipſiuſque animæ, teſte Galeno, ſedes eſt ce-rebrum, à qua Aurigæ ſæpius exulant; cui enim cerebrum vitiatum, ſuo conſilio totus hæret, & obſtinatus à nemine patitur perſuaderi; in iram ſine ratione ferri ſolet;

539 in *Ceruum miſerabilem.*] Actęonis metamor-phoſis non ſolum venatoribus, qui venandi ſtudio totam abſumunt ſubſtantiam, ſed etiam Aulica-ſtris, qui ambitionis œſtro perciti ſumptum cen-ſu maiorem faciunt; documento, ac exemplo eſſe poteſt. Vide Canes.

255 *Ceſſim ire.*] apud I. C. Alfenum in *l. ſi ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil.* ibi plau-ſtrum ceſſim ire cæpit: qua dicendi phraſi, etiam Iuſtinus Trogi Epitomator. lib. 1. vſus eſt; & re-trò cedere, locumvè dare retrocedendo ſignifi-cat; ſe retrò dare in Oedip. Seneca dixit.

499 *Charonte Currum*] Charon pro Auriga aliquo Senecione aptè ſumitur: Charon enim græcè ſo-nat, quod nihil lætitia dignum faciat; propterea

infernorum, vbi nullus lætitiæ locus; à Poetis Portitor fingitur.

935 *Chorum extra*] extra chorum, viam, lineam, curriculum, parænia ſatis notæ, paſſimq. obuiæ.

386 *Cicadæ.*] animalculũ garrulum, non à cadendo, vt quidam cenſuerunt, ſed à canendo; vel à ſono cic, cic, qualis etiam axe minimè inuncto edi, & exhibilari ſolet, qua axis garrulitate mirè delectantur Samogitæ pop.

217 *Circumſcriptor.*] deceptor eſt, qui per fraudes, & fallacias aliquem rebus ſuis emungit Cic. Had. Iunius in Nomencl. vulgo Italico *Truffatore, Vcellatore* dicitur.

611 *Ciſio damnatus*] Ciſium vehiculi biroti genus Had. Iunio, quo cæmenta, ac Vrbis quiſquiliæ abuehuntur: Equus ſenio, aut infortunio aliquo factus Caballus ad Ciſium, velut ad extremum miſeræ ſortis refugium ablegatur: Ideò Aulicis, qui in ſeruiendo meliorem inſumpſerunt ætatem, ſolet obtingere; vt ærumnoſæ vitæ reliquum in Noſocomio miſerabiliter peragant.

356 *Ciuiles.*] Ciuilitas opponitur ruſticitati: Qui cõmertium amant, ciuiles dicuntur, & à coeundo, quod in vnũ coetum cocant, ciues: pro vrbano, & eleganti in l. ciuile. C. de furtis; omnes interpretantur: Vnde Iuuenalis ſaty. 5.

Poſcimus vt canes ciuiliter: ideſt non vt ruſticum, ſed vt elegantẽ virum decet: ab eod. Iuuen. ſaty. 8 communis ſenſus appellatur Ciuilitas; quod poſt eruditum Ciceronis ſæculum emanauit vocabulum; & eſt virtus inter ciues, & ſocios quædam iuris

iuris æquabilitas: vide infra ſingulare nomen.

522 *Clauum.*] in curru à Naui translatum, pro gubernaculo cape. Clauus ſiquidem nauis, qui dicitur etiam temo, ſicut eam, quò vult Nauta, dirigit; ita Auriga bigas habenis.

407 *Cliens Patronum.*] Patronus, & cliens correlatiua: Patronus differt ab Aduocato; ille Orator eſt, hic iuriſperitus; qui Oratori in cauſis quid iuris ſit, ſuggerit: Aſcon. Pedian. in Cic. diuinat. Hodie Aduocati, & Patroni indifferenter Cauſidici nominantur: Item Togati in l. 8. C. de poſt. quorum munus Cauſidicina Ammiano dicitur lib. 30. vt refert Cuiac. lib. 4. cap. 40. obſer. Symmachus pluribus in locis hac dictione vſus eſt: & ibi Iuretus lib. 8. ad ep. 75. refert, de qua re infra in verbo Togati.

Cliens verò eſt litigator, qui Patroni patrocinio indiget; & à colendo patrono cliens eſt iuxtà Iſodorum lib. 10. origin. qui & Suſceptus dici habetur à Seruio in 6. Aeneidos, ibi *Fraus innexa clienti*. Seruij tempore Cliens cæptus eſt nominari Suſceptus; dum ait: *Clientes quos nunc Suſceptos vocamus*. cuius vocis Suſcepti in hunc ſenſum habetur mentio in l. 1. Cod. de princip. agen in rebus lib. 12. vbi Cuiacius, Pithæus, & eruditiſſimus Franciſcus Iuretus lib. 5. miſcellan. ad epiſt. 41. Symachi pluribus autumat authoritatibus.

150 *Clitellæ maculant.*] non tam iumentorum ſagmata, quam locorum accliuia, ac deuexa, ex Feſti teſtimonio; Clitellarum nomine denotantur:

vtra-

Digitized by Google

vtraque ſignificatio ad Vrbis Venetæ amœnitatē porrò facit; Totæ ſiquidem Venetiæ planæ, ac placidæ tum Mulis, tum Aſinis carentes.

752 *Cloaca Tybris*.] non ſolum Vrbis ſordium receptaculum; ſed etiam Proditorum buſtum factus eſt Tybris Tyranni S. C. inſepulti, vel in Cloacam, vel in profluentem mittebantur. Sueton. in Veſpaſiano.

496 *Cochlea in intimos receſſus*.] Parſimoniæ ſymbolum Cochlea. Parſimonia verò iuxtà Senecam lib. 2. ep. 34. de benef. eſt ſcientia vitandi ſumptus ſuperuacaneos; aut eſt ars re familiari moderatè vtendi: Aulicos, qui ſicut eſt apud Suidā prouerbium, Malo vehuntur Aſino; hoc eſt quibus minimè feliciter res ſuccedunt, ſimiles Cochleis Author facit. Nam, dum Cochleæ ſuperno deſtitutę pabulo in ſui gurguſtioli cauernas ſe ſe recondentes, ſuo ſe ſucco alitant. Simile quid Plaut. in capt. 1. 1. attuliſſe videtur.

Quaſi cum caletur cochleæ in occulto latent,
Suo ſibi ſucco victant, res ſi non cadit.

Latitat, inquit etiam Pacuuius, *inter teſtam Cochlea, velut ſui diffidens, ſuoquè ſucco, ſi Cælum neget; paſcitur*. Q. Symmachus itidem ad Auſonium ep. 27. lib. 1. *Cochleas*, ait, *dum ſitiunt, atque illis de Cęlo nihil liquitur, ſucco proprio victitare*. Hinc adagium emanatum, via Cochleæ, in eos, qui parcè, paruoquè victitant, aut quia negotiis, forenſiquē luce ſemoti ſibi tantum degunt: Pari quoque modo de ſequentibus Aulam dicendum eſt, gradum ſuo modulo grandiorem fortè

facien-

Digitized by Google

faciẽtibus,quibus nec manna de cælo, nec mel ex aluearibus illiquitur, ſe in ſe retrahunt; vt aliquando ſuæ ſortis vindemiam facere valeant; prę-ſtringant omnia ſub parſimoniæ prælo, vt inde ſuccum exprimentes ſe ſuſtentent, atque alitent.

123 *Cælium viſero*] Cælius, prius Querquetulanus Cornelio Tacito, vnus ex ſeptem Collibus à Tullio Hoſtilio 3. Romanorum Rege Vrbis pomerio additus Liuio lib. 1. & Dionyſio lib. 3. teſtibus; ab Anco Martio incluſum fuiſſe, Strabo lib. 5. refert: Tarquinio Priſco tribuit Tacitus lib. 4. teſte Onuphrio de Ciuit. Rom. quo in Colle Lateranenſis Eccleſia Omnium Eccleſiarum caput à Conſtantino Magno condita; vt ex ipſius Eccleſiæ Zophoro patet.

113 *Cælo aperto.*] ſinè nube, vbi ſuaui, vernantiquè aura, ventoque placido perfunditur aer; non ſolum corpora fiunt agiliora; ſed mens etiam erectior, alacriorque euadit; contrà, quando nubibus, ac caligine obnubitur; animi mæror, eiuſdemque deiectio cernitur.

898 *Cælum.*] quod de palato, de clibano, & ſimilibus etiam de carruca, ſeu de curru arcuato tranſlatè dicitur; proque currus tegmine; quod Virg. Tympanum eſt, accipitur. Vide Tympanum.

814 *Colaphos inſanos.*] pro magno ſtat inſanus apud Virg. *Inſani feriant ſine littore fluctus*, Eclog. 9. vt hic: Colaphus græcanicum latinitate donatũ vocabulum; differt ab alapa; hęc enim eſt aperta palma, colaphus autem eſt clauſa; inde pugnus vtroque manus modo percuti ignominia eſt; de

qua

qua re A. Gellius lib. 20. cap. 1.

507 *Colorem malum*.] Qui ſcilicet in cinerem propè languet, pallor eſt; color enim à calos græcè, quod eſt pulchrum, & bonum, malus ideo color, ſi quis eſt, eſſe pallor dicitur: At è iumentorum pelle pilis contecta quomodo color deprendi poteſt? ipſa macies color malus, & tanquam cauſatum pro cauſa accipitur.

898 *Columen*.] illud totum, quo cælum, ſeu tympanum Currus fulcitur, intellige, inde columna; qua culmen ſuſtinetur, deducitur.

932 *Comitatus irruptus*.] Aulici famulitii, cuius hic ſatis exacta habetur deſcriptio, narrantur impedimenta, ac moræ: Aulam Principis appellabant olim Comitatum, vt aduertit meus Præceptor Guidus Pancirolus lib. 1. cap. 5. variar. lect. Seneca epiſt. 87. *Quoties*, inquit, *in comitatum lautiorem incidimus, inuitus erubeſco*.

911 *Comitia ſacra*) Conſiſtorium ſacrum non niſi à Pont. Max. ſolis Card. indici, coramque ipſo iniri, ac celebrari ſolet; de Conſiſtorii nomine, & ſenſu tàm in Digeſtorum, quàm in Cod. libris habetur mentio; adeas Tertullianum; & Briſſonii, & aliorum lexica.

516 *Communis tibi Rheda crux futura*.] præter alia corporis, ac mentis tormenta, currus communis cruciatus perpetuus: communio rerum etiam inter paucos parit diſcordiam, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. diſcordia autem quid inquietius, ac miſerius? valeat illa Platonis execranda etiam vxorum communio.

Con-

852 *Conuectorem aliquem tibi requiris*.] infelix in curru ſolitarius, qui quoſuis obuios, vel Pictores, Piſtores, & ſi diis placet, Paſtores, huiuſque furfuris homunciones adhibet, inuitat, ac compellit; ſinè quibus minus ſolus; & honeſtius veheretur: ſed qui philodoxia, etiam philautia laborat.

898 *Curtinæ refluæ*.] vela ſerica, lanea, vel coriacea currui appenſa, ac pro vehentium nutu, & arbitrio ductilia; quæ obduci, ac reduci ſolent; vulgo Romanenſi, *Bandinelle* vocantur.

96 *Corona*.] pro ea corporis parte abutũtur; quæ abſq. pudoris venia nominari non decet; græcis eadem metaphora Stephanus, Plauto guttur inferius; in Aulularia; Lucretio in 4. Os, dicitur.

914 *Couini breues*.] nomen Britannicum, olim erat tantum ad belli vſum vehiculum. Turneb. lib. 11. cap. 16. aduerſ. pro camerato, ac tecto curru, de quo Martialis. *O iucunda Couine ſolitudo*.

841 *Crabrones*.] crabro ex inſectis aculeatus, ac vindex, cuius ictus, vt ait Plinius, non abſq. febre infigi ſolet; in biliosos, ſuæq. ceruicis, ac maledicos homines deductum prouerbium: Extat Archilochi maledicentiſſimi Poetæ; ſeq. modis omnibus vlciſcentis Epitaphium latinè hoc modo.

Ne ſors Crabrones, huic qui inſidere ſepulchro,
Irrites, tacitum carpe, Viator, iter.

287 *Criſtallis*.] ad arcendum puluerem, & ventum; ac lucem curribus intromittendam; criſtallina ſpecularia olim, vt hodie adhibebãtur, ex lapide ſpeculari, quem Hiſpania dabat; ſpecularium dictũ; quod lumen tranſmittit, & transfundit in quamlibet partem: Vide Plinium lib. 36. Martialem; & infrà oculatus.

641 *Crucibus rubris, vel albis.*] per Cruces intellige noſtri temporis Equites; quorum præcipua inſignia ſunt cruces diſtincti coloris; pro ordinis inſtituto, pallio, ſeu thoraci aſſutæ, vel torquibus appenſæ: De variis Equeſtris ordinis inſtitutis, vide Franciſcũ Meneſum, & Aubertũ Miræũ.

30 *Cruſtacea gens.*] Vide Gens cruſtacea.

905 *Curriculis ſedenti.*] non tàm pro curſus ſpacio; in quo olim Bigæ, nunc Veredi currunt; vulgo noſtro, *Corſo*, quàm pro ipſo curru diminutiuè, contemptimque, vt hic accipitur.

889 *Curribus obuijs.*] Duo Currus fortè fortuna anno 1628. die 26. Iunii, in vicum obliquum poſt ædes Coſmi Cardinalis de Torres obuiam ſibi venerunt, quorum alter erat Præfecti Cubiculo Comitis de Ognate Oratoris Catholici; alter Io. Franciſci Paſſionei Foroſempronien. in Vrbe tũc Vtr. Sign. Ref. nunc Epiſcopi Callienſis; & apud Magnum Hetruriæ Ducem Nuncij. Neuter ceſſim dare voluit; contentio ad multam noctem protracta eſt; cœperat negotium altius inter alios tumeſcere: ne ad arma venirent accitis lictoribus; Franciſci Cardinalis Barberini dexteritate, atque auctoritate honoris pertinacia, inſolentiaque contendentium ſublata eſt: Non quia cedere videretur; ſed vrbanitate, tanquam quis in domo ſua, in Vrbe Prælatus retro dare iuſſus.

Aliter Gloſſa in l. 2. §. 1. in verbo ad obtinẽdũ, ff. ne quid in loco publico; de duobus plauſtris ſibi obuiam factis, vt ſimul tranſire non poſſint; neuter alterum præuidit; neuter illum locum

prior

prior occupauit; neuter altero eſt dignior: ſorti locus eſt; vter horum retrocedat: Cyn. Oldrad. Alber. Bald. & Salicet in l. per agrum, Cod. de ſer. & aqua, Tiraquell. exactius in tract. de iure primog. quæſt.17 prima opin. num. 21. idem infrà in ſecunda opin. num.4. vbi in præfato caſu locum eſſe gratificationi dicit: Baldus ſolebat dicere; vbi humanum ingenium non ſufficit; fortuna altercationem dirimi; egregiè Bart. Caſſanæus in Catalogo Gloriæ mundi par. 12. conſid. 98.

336 *Curribus purpureis.*] Cardinalitiis curribus, tàm intrà, quàm extrà Vrbem commeantibus honor ſiſtendi debitus; quia Cardinales vniuerſalis Eccleſiæ ſunt Senatores, cap. Eccleſiam ſanctam 16. quæſt. 1. & filii primi gradus dicuntur. Ioan. Andreæ, & Imola in cap. felicis, de pœnis in 6. & quod præcipuum eſt, ſunt pars Papatus, dict. cap. felicis, vbi Archid. Propterea iuſiurandum fidelitatis, ſicut cæteri Epiſcopi, non præſtant; ſibimet enim viderentur præſtare; ita Oſtien. in cap. antiqua, de priuileg. & Ioan. Andr. in cap. 1. de offic. deleg. in 6. Cæteris verò, de quibus Author monet; huiuſmodi ſiſtendi officium temporaneũ, & arbitrarium eſt.

508 *Curribus ſiccis.*] vt ſiccus panis apud Sparcianum in Antonino Pio, & Vopiſcum in Tacito, & apud Salomonem Prouerb. cap. 17. Buccella ſicca pro ſolo pane abſque obſonio; vnde panis ſiccus aliquando cum famis obſonio edulium optimum: Paries itidem ſiccus pro eo, qui ſolo lapi-

de abſque calce conſtructus eſt;& ſaxum quoque ſiccum apud Suidam, quod ſinè cæmento in ædificiis adhibetur; vbi & ſiccus ſudor, qui non balneis, ſed exercitationibus, & laboribus excitatur, & elicitur: Suida in verbo Ecrys idros; Ita ſiccus currus; pro ſolo,& nudo curru, tàm intrà abſque ſodalitio, quàm extrà abſque famulitio accipi debet: qua dicēdi phraſi Capitolinus in Maximino iuxta Claudij Salmaſii, & aliorum lectionem vſus eſt: ibidem. *Siccis curribus exhiberet:* pro nudis, ac ſolis benè interpretatur; ſed quid ſit *ſiccis curribus exhibere*; nec is, nec ibi Caſanbonus, meo iudicio; videntur aſſecuti: Ad rem enim, nec ipſorum lectio, nec interpretatio quicquam facit: nam inter crudelitatis genera, quibus Romæ Maximinus vſus eſt, erat innocentes viros Conſulares, dignitateque claros curribus imponere ſolos, eoſque per Vrbem trahere; & tamquam ignominiæ reos populo exhibere; quo nihil homini libero, & innocenti grauius, acerbiuſque contingere poteſt:

Quare alia lectio, quæ habet: *Scythicis curribus*. vt antiquior, ità germanior, magis arridet: ſiquidem ad exprimendam,&exaggerandam barbaram Tyranni crudelitatem ipſa vehicula, quibus ignominiæ inurendæ cauſa innocentes imponebantur; ſcythica, hoc eſt crudelia appellauit: Eò enim gentis Scythicæ barbaries peruenerat; vt, cum aliquod immane, ac atrox facinus exprimendum eſſet, illud Scythicum appellaretur, vt inde gentis appellatio in crudelitatis prouerbium

ceſſerit

ceſſerit: Aliud autem erat illud ſupplicium,quod T. Liuio eſt diſtrahere; Senecæ in diuerſum actis curribus diſtrahere: Virgilio in diuerſum Quadrigis differre; Varroni diſplicare: Marcellino deſpicare currus axi vinctum; vt colligit Nomenclator cap. 10. vulgo Italico *Squartar in quattro parti.*

Eiuſdem ſignificatus (exhibere) apud Capitolinum,cuius apud Vlpianum in l. 3. ff. de lib. hom. exhib. ſed alia, ac penitus diuerſa hic, quàm ibi, ratione: *Eſt*, inquit Vlpianus, *exhibere in publicũ producere, & videndi, tangendique homini præbere facultatem*: ſed Maximinus Tyrannus curribus Scythicis liberos homines, præſtantesquè impoſitos ad ignominiam, opprobriumquè exhibere curabat: Sed ad nos. Authoris præſens ſententia eſt; ſatius ire pedibus, etiam tempore, quo velatura, vt Varroniano vtar verbo .i. vectura permiſſa eſt, quàm curru vehi ſicco; hoc eſt non ſeruata currus decentia; ſcilicet cum ſodalitio, ſiuè famulitio.

640 *Currùm multitudo.*] in curruum abuſum, & copiã merito hic inuehitur; abſq. enim cenſus, nobilitatis diſcrimine, ac reſpectu curribus quiſquis inſanit magno cùm Reipub. detrimento: non ſemel mecum Theodoſius Rubeus vir clari nominis, iuris vtriuſque, ac Matheſeos conſultus in lib. ſing. Rotæ in annot. ad deciſiones Pirouani Rotæ Romanæ primarii Auditoris: in hæc verba conqueſtus eſt; *Curribus*, inquiens, *Roma magis, quã hominibus abundat; quiuis enim inuita etiam fortuna, & artis indignitate currũ tenere præſu-*

præſumit non ſolum in maximum domorum diſpendium, ſed etiam ſanitatis detrimentum, cum Roma, vtpotè humiditati obnoxia, exercitio indigeat; quod qui ſanitati proſpicit, id maximè curet.

551 *Currus.*] pro contento, metonymia, tropus Poetis per quam familiaris.

206 *Currus edax.*] ſumptuoſa quidem res eſt currus; inde crebra Vehentium ſpiritus afflictio: hinc inſumptuoſos non habita cenſus ratione dimanatum àdagium; quod etiam de triremibus, quæ magnis conſtant impendiis, edaces triremes dici ſolent: Inter alias execrationes, quas aliis imprecabantur Lacedæmones: *Vtinam*, inquiebāt, *ædifices, equos alas, vel currum*; Suidas refert: Diuitis nomen ille ferre videtur vulgaribus hominibus; qui Vineam, Vxorem, & Bigam ſuſtinet; ſed & illud vulgare, verò verius dicterium. *Vigna dà tigna, Moglie dà doglie, Carrozza ti ſtrozza.*

638 *Currus non tibi dat genus, nec auget.*] nec clarat, nec clarum clarificat currus; ad illud Flacci reſpicit.

Fortuna non mutat genus.

661 *Curulis filius exhæres.*] curulem appellat, qui curru delectatur; quo nomine Iuno Curulis dicta, quam curruum ſtudioſam facit Homerus lib. 5. Iliad. & Maro lib. 1. Aeneid. vbi Seruius de hac precatione ad Iunonem meminit: *Iuno Curulis, tuo curru, clypeoq. tuere meos Curiæ vernales.*

340 *Curulis honor.*] de illo intellige honore, quem quis in curru exiſtens; aut extrà ſiſtens exhibet iis; de quibus hic: An mos ſiſtendi, huiuſmodiq. hono-

honorem impartiendi apud Veteres extiterit: vi. de infrà verbo Siſtere,& Sufflaminare.

616 *Currus in Vrbe negatus.*] Variis hominum generibus, variiſque de cauſis currus inhibitus, ac prohibitus fuit: Dignitatis, ac Ordinis cauſa erat inſignis vehiculorum diſtinctio: Curru vehi haud permiſſum eſt, inquit Tacitus 1. Annal. ne ſcilicet Conſulibus, Præfectis Vrbi, aut Prætorio æquarentur: Maiores ſiquidem Magiſtratus ſolum vehebantur, l. 1. Cod. de honor. veh. lib. 11. & l. vnica, Cod. Theod. eodem tit. Antiquitus ob hanc etiam cauſam Furius Camillus, quod equis albis in Iouis, & Solis æquiparationem vectus triumphauit; mulctatus eſt exilio, vnde clarior, quam gratior appellatur ille triumphus à Liuio lib. 5. Primus ex Imperatoribus Alexander Senatores argentatis carrucis è dignitate Romanæ Vrbis vti mandauit; teſte Lampridio in Alexan. anteà erant æratæ,& eboratæ. Vopiſc. in Aureliano: Præfectus autem Prætorio,& Vrbi aurata Carruca vehebantur, & quadrigis; cæteri verò bigis: vt habetur in Notitia dign. lib. 2. cap. 2.

Fæminis apud Romanos nullo licuiſſe vti vehiculo ante, quàm illis habitus fuerit honor ob munificentiam, quam in M. Furii Camilli voto adimplendo oſtenderant; vt pilento ad ſacra, ludoſq. carpentis feſto, profeſtoque die veherentur, T. Liuii teſtimonio, quod etiam refert Feſtus: longo autem poſt tempore C. Oppius Trib. plebis legẽ tulit, ne qua mulier iuncto vehiculo intra Vrbem, oppidumvè, aut propius inde mille paſſus, niſi ſa-

cro-

crorum publicorum cauſa veherentur. Liu. lib. 34. in princip. Tacit. lib. 3. annal. Val.Max.lib.9. cap. 1. quæ lex Oppia M. Fundanio, & L.Valerio Trib. pleb. authoribus viginti annos poſt, quàm fuit lata, antiquata eſt; Quid illa verba legis Oppię, *iuncto curru*, denotent, ſatis laborant, ac ſudant Authores. vide ſupra. Carpenti vſus.

1012 *è Curru loquitur*.] adagium eſt: De plauſtro loqui; non ſolum liberè quoſcunque veteris Comædiæ licentia perſtringere; ac conuitiis laceſſere; ſed etiam impudicè dicenda, tacendaque effutire: nec pudet Vectores talia audire, nec Rectores talia conniuere.

281 *Currus oculatus*.] vide Oculatus.

1018 *Currus penſilis*.] ſatis deſcribitur, ac exibilatur currus penſilis ad inertiam, ac deſidiam nuper inuentus; vt non indigeat alia explanatione; ac alia ſanna.

393 *Curruſque obſtreperos*.] Sybaritæ Populi tàm molles, delitiiſque dediti, vt nullas artes, quæ ſonum ederent, nulloſq. gallos in Vrbe eſſe vellent; teſte Athæneo lib. 12. dipnoſoph. quanto minus paterentur currus adeo ſtridentes, obſtrepentes, ac detonantes?

461 *Currus trahit boues*.] tranſlata metaphora à plauſtro per decliue labente, vnaque ſecum boues trahente in prouerbium tranſiit, de re præpoſtera; veluti ſi famulus præſcribat Domino; ſi Populus Principi; ſi diſcipulus Præceptori: Lucianus in Terpſione: *Nunc*, inquit, *id euenit, quod vulgo dicitur: Plauſtrum ducit Bouem.*

Dam-

D

741 *DAmnas eſto.*] ex veterum Iuriſconſultorũ formula dicitur damnas pro damnatus; non rectè Meurſius ad Plauti Amphitri. par. 1. cap. 9. Damnas exire facit in Damnans; quod etiam in multitudinis numero dici in l. 34. §. 1. ff. de leg. 3. ibi Damnas ſunto notauit Briſſonius lib. 4. de verb. ſignific. ſyllabam vltimam in Damnas corripi in ſing. Quintianus, cæteriq. Proſodiaci non diffitentur.

22 *Dapis horror.*] cibi faſtidium à Græcis anarexia, Latinis appetentiæ amiſſio vocatur; quod malum præter alias cauſas, ex ſuppreſſo ventre, vt teſtatur Raſis, ſolet contingere; ventris autem ſuppreſſio non rarò ex aſſidua vehiculi ſeſſitatione: *Aluum*, inquit Cornel. Celſus lib. 1. cap. 3. *aſtringit ſedile, quem ambulatio ſoluit*: *Aceruatio quoque ſaporum*, ait Martinus Panſa par. 3. cap. 68. de prorogan. vita, *fœcunda mater eſt cacochimiæ, contumaciæque morborum ſeminarium*: Vide Horror dapis.

79 *Deambulando.*] olim Cato reprenſus, quod parum latinè verbo deambulare vſus fuerit pro ambulare, cum, vt eſt in ſecundo de Orat. apud Ciceronem ille cuidam dixiſſet: eamus deambulatum: & iſte alter; *Quid opus fuit de? imò verò*, reſpondit Cato, *Quid opus fuit te?* & eo relicto abiit.

Plerumq. ſiquidem compoſitis, quàm ſimplici. bus venuſtius, & æque latinè vtimur.

509 *Decocta res.*] tranſitiuè, ſicut apud Sparcianũ, Decoctum patrimonium: apud Veteres fere ſemper intranſitiuè legitur; & quandoq. ad inanimata transfertur: Cic. ad Atticum. Agrũ decoxiſſe dixit, quia quod recepit, minimè reddidit; fidemque Agricultori fefellit.

A rebus, quæ igne ad nihilum ſenſim reducuntur, facta eſt translatio ad eos, qui ignibus libidinum, gulæque barathro omnia abſumunt, & obliguriunt; creditores credita pecunia defraudantes, & verſuris magis, magiſque ſe implicantes omnia turbant: *Leue æs alienum debitorem quidem facit, graue inimicum*, dixit Seneca epiſt. 19. addo ego, ignominioſum, & infamem; inducias exigere, erubeſcere, frontem præfricare, ſupplicem agere, mentiri, latitare, vigiliis, & ſolicitudinibus tabeſcere quid turpius? quid calamitoſius? Reiq. publicæ damnoſius? Ab ære alieno, tamquam à malo malorum omnium peſſimo liberet nos Dominus: Eò peruentum eſt, vt noſtri temporis Trapezitæ, ſeu Nummularii ære alieno cooperti, alieniſque nominibus grauati emunctos creditores derelinquant; ſtudioſèque, & vt dicitur, acceptis pignoribus tutò, impunèque decoquant: Principibus conniuentibus, vel negligentibus; hinc Nebulones Trapezitæ diuitias corradere, diuiteſque ditiores fieri huiuſmodi decoquendi artificio vtique didicerunt: quod & olim factitatum fuiſſe dicitur apud Romanos, vt cognomen Diuitis ille

tule.

tulerit, qui creditoribus ſuis decoxiſſe gloriatus fuerit; ſed non diù toleratum narrat Plinius lib.3. cap.10.apud nos verò ſemper vetitum,ſemper tamen retentum,ac toleratum.

337 *Dei propinquis.*] Iouis filios, qui virtute, prudentia præſtabant à Poetis appellari refert Gellius lib.15.cap.25.ſacra quoque ſcriptura Dei filios,qui à Deo dilecti ſunt;appellat Moyſes cap.6 Geneſeos, Exod. cap.4. Iſaias cap.1.Dei nomen eſt liberalitatis, à dãdo enim Deus dicitur: Hinc Auguſtus, Mecænas; aliique liberalitate inſignes Dei nomine digni habiti ſunt:Virg.Eclog.1. de Auguſto. *Deus nobis hæc otia fecit.*
Propterea Diuus,quaſi diues iuxtà Varronem dictus: *Dei*, inquit Plautus Trinum, 2.4. *diuites ſunt; Deos decet opulentia: de Cælo eum venire*, dicit Minutius Felix in Octauio,qui ad ſummos gradus inopinatè peruenit: Plinius in panegyric. ad Traianum: *Nec dum Imperator, nec dum Dei filius eras:* tunc Dei filius, cum ad Imperium aſſumebatur: Non ab re Summorum Pontificum cõſanguineos Dei propinquos, ac filios nuncupare poſſumus; quorum opera,& ope ſubleuatur Pontificia ſolicitudo.

241 *Dente pares.*] ideſt ætate: Aetas enim equorum non tantum à dente illo deciduo,quem Græci Gnomonem dicunt apud Pollucem lib. 1. cap. 11. Onomaſticon deprenditur; ſed ab aliis etiam dentibus,vt obſeruauit Plinius lib. 11. cap.37. cuius verba huc transferre libeat:

Equo dentes ſunt 40. *numero, amittit triceſimo*

menſe primores vtrinque binos; ſequenti anno totidem, proximos; cum ſubeunt dicti columnares: Quinto anno incipiente binos amittit, qui ſexto anno renaſcuntur; Septimo omnes habet, & renatos, & immobiles; Equo caſtrato prius, non decidunt dentes: Poſt completum ſeptennium Agnomones equi nuncupantur, quorum ætas à dentibus amplius agnoſci, & demonſtrari non poteſt; & incipit equi ſenectus, quemadmodum, & cæteris veterinis: At, vt paulò poſt ibidem Plinius: *Aetas intelligitur è dentium brochitate, ſuperciliorum canitie, & circa ea lacunis:* cum fortè ſexdecim annorum exiſtimantur: Vbi, præter equos animalia veterina vocat, quæ ad vecturas idonea ſunt; inde Veterinarii, qui veterinorum curam profitẽtur: Inter equorum ſenectutis ſigna, dentiũ brochitatem, hoc eſt prominentiam, & magnitudinẽ intelligit M Varro 2. de re ruſtica; vbi de Canibus. Brochos nuncupat huiuſmodi dentes excreſcentes. Alia Plinii apparet lectio in textu. Dentium rubore, brochitate; quæ ſi admittenda; In veterinis rubore, in equis brachitate ſenectutem deprendi, ex ipſiuſmet Plinii ſententia, qui paulo ſuprà, *cæteris*, inquit, *ſenecta rubeſcunt; Equo tantum candidiores fiunt*.

In Homine quoque, vt hominis etiam dentium aliqua habeatur notio; præterquam à cauis, & facie iuxtà illud Iuuen. ſaty. 6. *Facies tua cõputat annos*. è dentibus ætas dignoſcitur; quemadmodum è dentium numero qualitas ſexus: in Viris 32. in fœminis

minis 28.numerantur: licèt in Viris aliquando variet; in fœminis numquam: Incipit dentire ſeptennis; nonnullis poſt vigeſimum annum completum maxillares, quos alii ſerotinos, alii genuinos vocant, erumpunt; & excreſcunt: hæc omnia ex Plinio vbi ſupra: Quibuſdam aliis hos eoſdem dentes Ariſtoteles, vt refert Pollux lib. 2. cap. 4. num. 20. poſt annum octogeſimum prorupiſſe teſtatur; & Plinius vbi ſupra cuidam poſt centum & quattuor annos dentes renatos fuiſſe narrat.

971 *Dextram exhibere.*] inter honorificentiæ ſigna locus præcipuus; nullo habito reſpectu parietis, cenſetur dextra: qua de re plura in tractatu de Titulis, quem molimur, propediemque, Deo dante, edemus, fuſius egimus.

409 *Didymus.*] Contumeliæ nomen, inter enim aliàs ſignificationes inter Græcos didymus teſtem, ſeu teſticulum ſignat; vnde ex Græcorum monumentis habetur: Quendam Tibicinem nomine Didymum in adulterio deprenſum, ex nomine, hoc eſt ex teſtibus ſuſpēſum fuiſſe, refert Cel. Rodig. li. 4. c. 7. De huius Didymi à teſtibus ſuſpendio, ad ipſius nomen alludentes huiuſmodi luſimus tetraſt.

Cui Didymus nomen, pœnas deprenſus adulter
Soluit: Qua iuſtas, dic mihi, parte dedit?
Suſpenſus fuit ille ſuo de nomine; iuſtas
Hac, qua deliquit, parte dediſſe puta.

Quare verò pudendę huius partis nomine, tàm apud Italos, quàm cæteras plerasque Gentes vocitari loco iniuriæ habeatur, & quare nomen hoc bardum,

bardum,ſeu ſtultum ſignificet;alibi opportunius.

778 *Dilapidat vias rotatus.*] Cato de re ruſtica. : *Locum bipalio dilapidato*; quod eſt è loco lapides aſportare, hinc facta huius verbi translatio,pro abſumere apud Ciceronem,& alios; contrarium autem eſt dilapidare viam: Feſto, & Iſodoro pro ſternere quadrato lapide.

623 *Domi manere.*] Mulieribus è domo ſæpius exire inhoneſtum erat, Hæberis per contumeliam Mulieres, quæ domo non contentæ vagabantur, Exeuntes,& Vagæ dicebantur: teſte Fungero in verbo Obſonium Etymolog. trip. De meretrice Salomon Prouerb. 1. *Vagi ſunt greſſus eius*,dixit: Benè moratā fœminam innuit nobis Phidias; cū Venerē teſtudinem calcantem duxit pingendam; Hinc illud vulgatum: *Meretrix in platea, Matrona domi.*

811 *Dominus.*] à domo, cui præeſt, nomen Domini deducit Iſodorus,& eſt nomen honoris; de qua re egimus in tract.de Titulis. Vide Herus.

567 *Domus domi relicta.*] Domi pro ædificio, Domus pro familia ſtat, nec clarum habet opus exemplis.

789 *Domus, qua nil ſanctius.*] Cic. in Orat. pro domo ſua. negat quicquam ſanctius, omniq. religione quicquā munitius, quàm ſit Domus vniuſcuiuſque Ciuium: Vnde I. C. Paulus in l. & ſi is ff. de in ius vocando. Neminem de domo ſua extrahi debere; cum ea ſit vnicuique tutiſſimum refugium, l. plerique, ff. eod.

251 *Donec faciat.*] verbum facere non ſolum Circen.

cen.

cenſibus; vt Turnebus lib. 14. cap. 22. cenſet; ſed cæteris etiam Aurigantibus, & Equiſonibus commune eſſe apparet ex Cic. in Bruto; vbi hæc planè verba: *Si Auditor omninò tanquam equus non facit, agitandi finis faciendus eſt*: Tunc equus nō facere dicitur, cum ferulam non audit; aut ſtimulos, ſeu calcar negligit; nullamque in partem adiuuat Equitem: facere autem tunc equus intelligitur, cum eruditus omnia præſtat. Vt enim equo Eques, ſic Auditore Orator venit ſpectandus; & ſæpè equus Equitem; & Auditor Oratorem facit.

E

206 EDax Currus.] Vide Currus edax.

255 *Equarijsque.*] dicuntur, qui morbis equorū medentur: cuius vocis meminit Valer. Max. lib. vltimo, vbi de Herophilo equario medico C. Marii nepote fit mentio.

476 *Equum iungere ſingulum.*] vehiculi genus, quod vno iumento trahitur; Monocoſmum dici ex Iſodoro diſce: Coſmum enim Græcibarbari iumentum dicebant.

608 *Equus ornatus phaleris.*] dici vix poteſt, quàm in equorum ornatu inſaniant homines; non minus Sarmatæ, ac totus Septemptrio in exornādis Equis, quàm in Camelis ſuis totus Oriens inſanit: mirè D. Ambroſius lib. de Nabuthe cap. 13. deridet eos, qui tantam de cultu Equorum curā impendunt; deque ipſorum proſapia annales cō-

dunt

dunt: *Soletis*, inquit, *& equorum veſtrorum nobilitatem, ſicut Conſulum prædicare: ille ex illo patre generatus eſt; ex illa matre editus; ille auo illo gaudet; illis ſe proauis extollit; ſed nihil iſtud currentem iuuat; nec datur nobilitati palma; ſed curſui; deformior eſt victor, in quo & nobilitas generis periclitatur.*

248 *Equus intractatus.*] ideſt, qui Magiſtro, vt inquit Varro, non dum traditus, quem domet, & doceat: Cicero in Lælio; *Nemo eſt, qui non equo, quo conſueuerit libentius vtatur, quàm intractato, & nouo.*

244 *Equus ſternax.*] qui ſeſſorem excutit, Virg. lib. 12
Et ſternacis equi lapſum ceruice Thymætem,
vbi Ludouicus Cerda, nuperus ſcholiaſtes, mordacem, & calcitroſum interpretatur Iulii Cæſaris Scaligeri periculo, qui nihil huiuſmodi. Qui retrocedit, itque ceſſim equus refractarius dicitur, Italico, *Reſtio.* qui verò eſt duri oris, diuerſus à refractario, Italis, *Sboccato*: qui neſcit, niſi in vnū latus flectere; nec fræno in alterum agi poteſt. Robertus Conſt. in ſuppl. l. l.

332 *Equo tam decet inſilire matres.*] omni quidem æuo indecorum mulieres equeſtres videre, licèt mortalium primæ Amazones, ſi Lyſię Oratori credimus, in equum ſcandere auſæ fuerint.

245 *Equus cerebroſus.*] Tàm de bruto, quàm de Homine dicitur cerebroſus; L. Columella appellat boues cerebroſos.

244 *Equus ore mordax.*] equis vitium innatum: pleonaſmos figura.

Equos

924 *Equos perurat.*] equos ambitione affici, cæteriſque tangi affectibus non eſt nouum: poſtquam equis ingenium, atque iudicium ineſſe, teſtatur Sextus Empiricus, Solinus lib. 6. cap. 10. & lib. 16. cap. 23. 47. idque pluribus exemplis demonſtrat, & docet Plinius lib. 8. cap. 42.

883 *Ericthonio.*] Quadrigę inuentor; Vulcani ſine Matre filius, è caduca, vt ait Tertul. de ſpectacul in terram libidine procreatus, de cuius ortu, & fabulæ ſymbolo, vide, quæ ſupra diximus: Animas.

Eſurire ſplendidè.] Vide Benè ſplendidè.

594 *Euripus ęſtuat.*] à maris Euripi, quod inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœam inſulam eſt, prodigioſa quadam reciprocandi celeritate, & inconſtantia ducta eſt paræmia ad rerum, & hominum inſtabilitatem denotandam: Demoſtheni tanquam incertæ fidei, inconſtantiſque animi ab Aeſchine obiiciebatur; quod Euripum inconſtantia ſua viciſſet: vide prouerbiorum Authorem: Produci mediam in Euripi dictione ſcias veterum omnium conſenſu, & exemplo; quam primus corripuit Boethius contra Veterum vſum, quos imitari malim, quam poſteros omnia luxantes, ſequi.

50 *Exhedra.*] in curru locus ſedilium; à ſedium frequentia exhedra dicitur; ſellam appellat Pollux in onomaſtico; ſedilia etiā in Odęo, ſeu Choro Eccleſiaſtico, exhedram dici poſſe teſtatur Budæus

lib. 3.

lib. 3. epiſt. 10. in notis ad Ioannem Cochlæum.

777 *Exigere vias*] cum Magiſtratus, ſeu Aediles cogunt eos ad muniendas vias; quorum domibus, vel prædiis viæ adiacent; dicitur vias exigere.

500 *Exercipes:*] pro curſore, ſeu ambulatore accipitur: Antiquarius in ſuppl. l. I.

101 *Exercinates.*] nouum vocabulum, quo intemperantis, molliſque vitæ exprimitur modeſtius exercitium: facit Pollux lib. 6. cap. 30. onomaſt.

881 *Exitium facere.*] eſt exire; Veteres enim pro quolibet exitu ponebant exitium; nunc, vt inquit Feſtus, exitium dicimus, exitum peſſimum.

178 *Exomnis.*] ideſt ſine ſomno: qui cerebrum non habent; non dormiunt, à cerebro enim proficiſcitur ſomnus; ob cerebri ſiccitatem, & materiæ ſomniferæ inopiam vigiliæ fiunt. Hollerius in Aphor. Hipp. ſect. 7. aph. 18.

58 *Exque tibiatus.*] Tmeſis figura Poetis familiaris; qua ſæpè Virg. lib. 9. vſus: Inque ſalutatum, pro inſalutatum, & lib. 10. inque ligatus: Ex tibiatus itaque ſenex is dicitur, qui inutilis, & ineptus rebus adminiſtrandis; ducta metaphora à tibiarum plectris vſu detritis; quæ concentui minimè aptæ redduntur: Euſtatius Homeri ſcholiaſtes lib. penult. Iliad. & Sineſius in Dione aures vocant extibiatas; quarum auditus præ ſenio retuſus, ac hebes redditus eſt.

F

141 FAbricæ.] abſolutè ſemper pro Fabri lignarii, aliquando carpentarii officina; vt hic accipitur

tur fabrica. Valla lib. 4. cap. 44. elegant.

256 *Fabris vtriuſque iuris.)* tam de lignariis, quàm de ferrariis, Fabris intellige; quibuscum ſemper negotium eſt miſeris curulibus.

20 *Facies ſtriata.)* temporis, ac mæroris gnomon. Vide Striata.

250 *Faciat equus.*] quid in re equeſtri ſignet facere. Vide Donec faciat.

536 *Famulos in rabidos canes Aula vertit.*] Famulus hoc à ſeruo differt, quod hic in dominio noſtro eſt; ille verò minimè Archidia. cap. patrem 22. quæſt. 3. ſæpè confunduntur:

Noſtri quidem temporis famuli ſunt duplicis diſcriminis; qui humilioris ſunt ſeruitii, ac ſubſellii; nonniſi ſtipe ſeruiunt; ſcopis comparari ſolent; ſicut enim hæ colligatæ probè conuerrunt; ſic & iſti primis nimirum diebus ſuo ſedulò funguntur officio; mox in incuriam dilabentes in diſſolutas ſcopas ita euadunt; vt nihil inutilius, inelegantiuſque cerni poſſit: Cibari enim tantum ſtudent; ideò à fame, à qua Famuli nomen deductum iuxta Becmanum, vtcunque poſſunt, ſe defendunt, ſubtrahendo, detrahendo, & allatrando ſuis Dominis; ſi ſolitis defraudantur cibariis, in rabiem, canum morbum familiarem agũtur; quos, vt de lupis Virg. 1. Aeneidos:

Exagitat cæcos rabies.

Famulitium ſanè vulgus, ne quodammodo corripiatur in rabiem; pane ſuſtentandum, ac oblectandum pabulo.

Famuli verò, qui ſunt altioris ſcamni, quique

Digitized by Google

tanquam indè deriuati honeſtiori vocabulo Fami
liares,& bona fide ſeruientes dicuntur Seneca
epiſt. 47. & Vlpian. tam in l. 25. §. 1. ff. de æd.
ed. quàm in l. 2. §. familiæ, ff. de vi bon. rapt. ap-
probantibus: non ob famem; vt cæteri famuli,
mercenaria ſtipe merent; ſed ob famam iuxtà a-
liud Famuli etymon à Brachæo excogitatum in
l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verbor. ſignific.
Viris Principibus officium, & obſequium dumta-
xat præſtare ſtudent: Hi quoque quia vitium
quandoque coronari; virtutemque peſſundari in-
ſpexerunt; æqua rerum arbitra, Nemeſi in Domi
norum iniquitatem: & iniuſtitiam quodammodo
corripiuntur; vindiceſq. aliquando oblatrant.

878 *Faſcino liqueſcunt.*] Faſcinum eſt, quo quis o-
bliquis inuidorum oculis, eorundemque voce,
aut tactu inficitur, macieque conficitur. Ne pue-
ri faſcinantium aſpectu tabeſceret, olim apud Ro-
manos collo appendebant, tãquam pro amuleto;
faſcini idolum, ſeu Phalli: quod etiam trium-
phantium currui ſubdebant, ne faſcinatorum
laudatione læderentur; Tam hi, qui ab aliis lau-
dari ambiunt; quàm qui ſibi ipſis applaudunt;
laborantque philautia; ſe inuidiæ; maleficæque
faſcinationi exponunt: Ita in curru aduerſa lumi-
na aliquando occurrunt; vt eorum radios ferre
nequeant Vectores: atque ita nimiis amant ex-
tolli laudibus, vt via aperiatur faſcino, eiuſque ma
leficio: Hinc emanauit illud adagium; laudare
more faſcinantium; quod eſt inuidè, ac maleuolè;
non vt proſint, ſed noceant, laudare.

Fati-

708 *Fatigare forum.*] accipe,vt apud Virg.lib.10. *Fluctuſq. fatigat*: & apud Iuuenal.ſaty. 6. *Tubas, & ære fatigat*; non autem per enallegen, vt ibi.

417 *Feſta indicere, & imperare terris.*] Summi Pō-tificis periphraſis.

804 *Fibula.*] clauus ligneus, ſeu ferreus axi, ne rota elabatur, infigi ſolitus, Vitruuio Paraxonius; obex,& repagulum Polluci lib. 1. cap. 10. nu. 10. Clauiculi, qui rotam exire prohibent; amaxidonia græcè nuncupantur teſte R. Conſtantino, in lexico græco.

342 *Fidelitatis officium.*] apud Latinos fidelitatis mentio rara, pro clientela, ſeu, vt Galli vocant, pro Homagio, vulgo Italico *Vaſſallagio.*

113 *Fimbrias relaxat.*] tam fimbria, quàm fibra ab vno,eodemq. fonte deriuantur;licet illa veſtium; hæc ſtirpium; & inteſtinorum extremitates demonſtrent; confunduntur nihilominus.

746 *Fimeto.*] ideſt, ſterquilinium adeò Heſiodo Poetæ vetuſtiſſimo, infeſtum, vt ab Agriculturæ ſtudio ſummouendum cenſuerit; quare id iudicarit; vide Leuinum Lemnium lib. primo, cap. 20. de occul. natur. miraculis: ſed huc viſum ire, ne te fortè pigeat; Tibi in medium proferam, exſcribamque.

Quæcumque enim, inquit, *ex ſtercoratis, fimoque cultis agris proueniunt; vitioſos, minuſque ſalubres ſuccos præbent: Hinc curculionibus, teredinibus, cæteriſque vermibus fruges inde prouenientes obnoxiæ ſunt; minuſque aſſeruari poſſunt: ſterilitas autem agrorum*

expu-

expugnatur ex lupinorum, cicerum, fabarumque culmis vomere tempeſtiuè ſubactis; quæ indè naſcuntur fruges, diutius ſeruantur; ſalubriuſque præbent alimentum; & quod præcipuum eſt, à ſterquilinij grauiolentia liberaris, tuæque valetudini proſpicis.

114 *Flabello ventilat præcordia.*] Deambulatio; qua pulmo reciprocando reſpirat, refocillatur, natiuum calorem fouet, coloremque viuidum ducit, per ſimilitudinem Flabellum nuncupatur.

257 *Foenopolis.*) Tibi inauditum; & audax fortaſsè verbum: Græcorum lingua combinatione, ſeu compoſitione diues, ac felix; cur Latina ab huiuſmodi beneficio abeſſe debet; ac pauper; & ieiuna haberi? ſi ab aliis linopola, pharmacopola, qui lini, pharmaci venditor: Cur Fœni venditor Fœnipola dici vetitum? Ex dictione Polis cōpoſita ſexcenta habes vocabula; quemadmodū à Protos ex Græcis, pariterque Latinis vocibus mixtura veteres delectatos fuiſſe teſtatur Quintilianus lib. 1. cap. 5. Hinc Varroni Biclinium, Bimarcus; Hinc Eccleſiaſticis Protoparens; Primoplaſtes, Biſeſtus Prudentio in Hymnis; & aliis alia.

91 *Foriſque,*) quicquid per foros ad nauim pertinentes apud Virg. in 4. & 6. interpretati fuerunt nonnulli, huc minimè facit, ſed quod in 4. Georg.

Complebantq. foros, & floribus horrea texunt.

Vbi quidam mala fide legunt fores: Tu clarè, ac verè lege foros; & pro cauis alueolis accipe, vt hic pro foraminibus, quibus humanū corpus præditum eſt. Vide Andream Laurentium in Hiſtor.

Ano-

Anotom. lib. 2. cap. 22.

628 *Fornicatio pedeſtris.*] De mulieribus Hortulanis; quibus interdictus currus, intelligit; quibus dum meretriciam exercent; pedibus tantum ire licet; ideò pedeſtris fornicatio dicitur; non ad diſtinctionem equeſtris,quaſi per antitheton, ne quid ſuſpiceris turpitudinis; ſed ad curulis diſtinctionem adulterii: Sæpè enim fit, vt ad hoc nubant, vt curru & iſtæ vti valeant; & honeſtius (licet grauius) peccent, inde curule adulterium appellatur: Fornicatio vulgatæ ſignificationis,carnis vitium innuentis apud veteres Authores non reperitur: Fornicis enim ſtructura dicitur fornicatio apud illos; vnde Seneca, *Societas*,inquit,*fornicationi ſimilis eſt,quæ caſura, niſi inuicem lapides obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur*. Penes verò Eccleſiaſticos fornicatio, pro ſcortatione, ipſiúſque vitio ſumitur; non ſolum quia ſub fornicibus ſcortari olim erat conſuetum ex Seneca lib. 1. controuer. *Redoles*,inquiens, *adhuc fuliginem fornicis*; ſed etiam quia in illo Veneris actu fit fornici ſimilis quodammodo curuatura: quæ poſteà fornicatio ab ipſis Scriptoribus Eccleſiaſticis appellata eſt; vitium innatum,niſi Dei ſummi gratia, ineuitabile, & inexcuſabile.

391 *Fortiſſimus omnium ferarum*] leonis periphraſis; quo inter animalia, nec ſæuius, nec animoſius reperitur: inde Regis nomen meretur:nihilominus,vt refert Plinius lib. 8. cap. 16. rotarum orbes circumacti, curruſque inanes, & gallinaceorum criſtæ, cantuſque formidinem ei incutiunt;

tiunt; atque ignes; quod etiam Solinus Plinij aſecla cap. 40. teſtatur: Vnde leoni inſit huiuſmodi timor, vel odium; Vide Lucretium lib. 4. de rer. natur. Sed melius Iamblicum de Miſteriis; cui videtur non eſſe verum timorem, ſed reuerentiã quandam, qua leo gallum vi quadam cæleſti proſequitur; tam enim leo, quàm gallus exiſtunt ſolares; hoc eſt à Sole, ſi eorum ſpectus naturam, pendent: ſed quia magis eſt Gallus, quàm leo ſolaris; hinc eſt, quod leo Gallum tanquam ſui Dominum agnoſcit, ac veretur. Vnde autem D. Ambroſius 6. Hexam. cap. 4. hauſerit, Gallum imprimis album leoni terrori eſſe, neſcio; ſolummodo tanto viro credere fas eſto, ac religio; Gratis nonnulli etiam ſcribunt gallinaceo iure perunctos à Leonibus, Pantheriſque non attingi: nugæ ſiculis nugaciores.

268 *Fræno Aurigæ trahendus*.] dicterium non ſinè gratia prolatum à Viro Principe.

355 *Frigora*.] Frigus eſt faceto, ac plauſibili oppoſitum dictum: nimirum, cum pro riſu, & gratia, vel fauore ſperato res in diuerſum exiit: Cic. ad Q. Fratrem: *Appio tantum fuit frigus, vt Populi conuicio non coactus ſit dimittere*: nonnulli ſales in alios ſpargendi artem ita profitentur, vt nil aliud, quàm eorum inſulſitas rideatur. Græcè Pſichrologus dicitur, frigidus; qui ſcilicet ineptis ac futilibus vti ſolet, ac magis lachrymas, quàm riſum excitare; quibus refertus eſt vulgari idiomate liberculus inſcriptus Situla; ſeu Sechia.

Fugit vinum.] Vide vinum, & guſta ſi libet.

Futuro

584 *Futuro caret.*] redolet paræmiam in eos,qui ex præteritis futura colligere, rebuſq. ſuis proſpicere neſciunt:qui enim præterita non ignorat; futura vtiq. præſcire facilè poteſt.

G

642 *GAleris quibuslibet non officit.*] Et ſi olim Pileo ſerui, Galero cæteri omnes pluuio tempore,vel vmbella ſub Sole vterentur;vt notat Alciatus lib.8.cap.10.Parerg. ſublata tamē eſt iſta nominum differentia: Per Galeros tàm ſacri ordinis Antiſtites, quibus pro dignitatis gradu galerus eſt colore diſtinctus; & ad cēſus præſcriptum conceſſus eſt currus; quàm profani ordinis homines liberos accipe; Galerus ſiquidem in vniuerſis Academijs pro dignitate, loco coronæ iuris peritis ſolet concedi, vt infrà dicetur.Laureata turba.

30 *Gens cruſtacea.*] de Auibus, Apibus, Piſcibus, & aliis Feris nomen Gentis prædicatur; exempla obuia paſſim habentur: Cruſtacea à teſtacea differt; illa enim corticem mutat, & induit molliorem; iſta autem non mutat. Cardan.lib. 7. cap. 37. de rer. var.

1004 *Glabrari ſibi pallium.*] eſt depilem, ſeû defloccatam veſtem ex attritu reddere: de Area Colum.lib.2.cap.20. cum detritis herbis complanare;de Sue,idē lib.12.cap.52.cum emundatur pilis, glabrari dicitur;ſic etiam de veſte.

Grana mendicare.] Vide mendicare.

Digitized by Google

441 *Grano ſalis eſt perambulandum.*] Iuriſconſultorum adagiale eſt, quod, cum accuratè quid agendum ſit, dici ſolet: Italiciſmum ſapit: pro ſapientia, ac iudicio ſal accipitur; vndè in ſtupidos, ac oſcitantes iactatur dictum: *Nil ſalis ineſt*: in deambulando ſiquidem; vbi ponas pedes, animaduertendum eſt, ne dum incedis, in diſcrimen incidas.

674 *Grates, laudeſquè agam.*] A. Gellius agere gratias, & laudes dixit.

180 *Greſſus.*] Apul. Floridorum lib. 2. *Volatus*, inquit, *auibus, volutus ſerpentibus, curſus feris, Greſſus hominibus*. Vndè Author, infrà. *Humanæ eſt proprium ambulare ſortis*.

H

68 H*Ebes pes.*] Pedibus pro ipſorum aptitudine nomina congruentia adiiciuntur; quibus pectus, & ingenium Iul. Pollux in onomaſt. tribuit: ideò faceti à Bruto in epiſt. famil. Cicer. Agiles, Dociles, Quintiliano lib. 6. cap. 3. Arguti, &, ſi Diis placet, Aſtuti euadunt ambulatione: Contrà verò, qui curru delectantur; otioſè agunt, & tabeſcunt; non perperàm hebetes; & inertes, diſcinctiquè perhibentur; qui præ quadam effæminata teneritudine in veſtigio languent, inque ſuo gradu quaſi pulmonii, vt cum Plauto rideam conſiſtere nequeunt. Ac ſi ſaltare libet, motus, more ruſticorum, incompoſitos, & ineruditos du-

Digitized by Google

ducunt; quique pedibus ire vix ſtadium valent, mollitudinis vitio laborare notat Ariſt. vbi Baldus in Phiſiogn. cap. 14. Ante Traiani ætatem narrat Plinius in Panegyr. *Principis faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu, vſum pedum amiſiſſe, quos humeri, ceruiceſque Seruorum ſuper ora noſtra vehebant.*

574 *in Herba comeſt ſuum.*] eorum miſerrimus ſtatus; qui cum ob generis honeſtatem; dicamnè malum, an potius inertiam? fodere non valeant, mendicarequè erubeſcant; tanquam fuci alienis frui laboribus aggrediuntur; in hos ſolet iactari dicterium; quibus comeſtur meſsis in herba, ac induſium adeò curtum; vt vix ad vmbilicum pertingat; ac, niſi ad tegendam turpitudinem, aliud ex aliena tela aſſuatur; omnem petulantiã proſtituere cogantur.

19 *Hernia.*] nullum animal, excepto Homine, ac Simia laborat hernia: Galen. lib. 6. cap. 9. de anat. Inter morbos, quibus, qui curru vehitur, affici ſolet; eſt Hernia; quod Sabina lingua, durum, aſperum ſonat; Græca verò κήλη, eſt ſcroti tumor, aut flatus incurſu, aut humoris influxu, alicuiusuè inteſtini illapſu proueniens: Ramex autem propriè ab adnata carne tumor: Gulæ, vel gutturis hernia quoque dicitur, ob nimium aquæ potum plerumque euenire ſolita: Vndè quibuſdam, vt notat Hieronymus Cardanus in Apologia gutturalis hernia, cuius nulla medela, quia à cauſa naturali, morbuſque fit hæreditarius.

259 *Herus, ne toties.*] Herus dominii potius, quàm

honoris vocabulum. Honoris nomen ἄναξ; non autem δεσπότης, quod eſt dominii nomen; ſic accipitur in l. Neſennius, ff. ad l. falcidiam, ibi. *Ex pacto, Domine, talis ſpecies incidit*: ſæpè confunditur.

336 *Honoris ergò.*] Nulli, præterquàm Cardinalibus in Vrbe ſiſtendum; nulli enim quàm ipſis vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ clauus, & adminiſtratio cum dignitate demandatur, ac decernitur: Honor nimirum apud noſtros I. C. diſtinguitur à munere in hoc, quòd honor eſt cum dignitate adminiſtratio Reip. Munus verò, quod cum ſumptu, non ſinè dignitatis titulo in Rep. & Reipublicæ cauſa ſubimus: ita accipitur in l. 2. §. vlt. & l. 7. ff. de Decurion. & l. 14. ff. de mun. & honor. Cæteris itaquè, qui munera gerunt; muneris ergò debetur quoquè curule obſequium ab iis, qui ſubditi aliquo modo, vel cauſa agnoſcuntur: Aliud eſt honoris, aliud muneris cauſa ſiſtere; illud imponit debiti officii neceſſitatem; hoc reuerentiæ argumentum, & arbitrium conſuetudine modò debitum.

337 *Heteroclito morbo.*] Græcè, qui ab aliis morbis diuerſus, aliterque declinans, & irregularis eſt; Heteroclitus dicitur, vt Pica, de qua infrà; & Plica Polonica; coma ſcilicet contexta, & intertexta; inexplicabilis, & immedicabilis exiſtit; de qua Saxonia Patauinus tractat: Illi etiam, qui à communi ſenſu diuertunt; Heterocliti dici ſolent.

Hippo

Hippotyphia.] in Paræneſi: de magna arrogantia; ac ſuperbia dicitur: Hippos ſæpè apud Græcos in compoſitione pro magno vſurpatur; vt notat Suidas in verbo Hippos; & Cælius Rodiginus lib. 21. cap. 22. Typhus verò eſt faſtus, arrogantia, elatique animi faſtigium tàm Græcis, quàm Latinis.

1076 *Hircum euaporat.*] quia olidum, & putidum animal; pro ipſo fætore ſumitur; non ſolum pro eo, qui ab axillis exhalat; de quo Horatius in lib. ſermonum.

----- grauis hirſutis cubat hircus in alis: &
Paſtillos Ruſillus olet; Gorgonius hircum.

Sed etiam pro quocunque à quacunque corporis parte exhalante accipitur.

Nec lædat nares virque, paterque gregis.
Ouid. de arte.

maximè pedum, quo naribus in curru nil grauius, vel extrà contingere poteſt: quorum pedes laborant huiuſmodi peſte, obſtinatos, & ceruicoſos, & impudentes eſſe Camillus Baldus in Ariſt. Phiſiogn. Apoteleſm. 10. aduertit: Hircum etiam olere dicitur, qui ſalacitate, ſatyriſcoǹe tentatur: Becman. de orig. l. l. in verbo Hircus.

648 *Horret.*] Horrere verbum, præter cætera, ſonat condenſationem, ac multitudinem: de haſtis, iaculis, enſibus, ſcutis, ariſtis habes exempla apud Ludouicum Cerdam in Virg. lib. 10. ibi *Horrentibus haſtis*: nihil prohibet, quin etiam de curribus idem dici poſſit.

Horror

22 *Horror dapis.*] præter cruditatis ſigna, euidentiora ſunt crebri ructus, cibi faſtidium, ventris ſonus, & pallor inſolitus. Columella & alii teſtantur. E cruditate igitur quæ morborum horum omnium, qui è curuli agitatione euenire recenſentur; mater eſt; cibi faſtidium prouenit, quod malum, niſi pedeſtri exercitatione quàm primùm diſſipes, inſtat periculum, ne in cachexiam, hoc eſt prauam ſtomachi affectionē incurras; Vide Dapis horror.

621 *Hortulanis impudicis.*] in Vrbe hortuli ſunt, vulgo *Hortacci*, vbi inhabitant, quæ corpore quæſtum palàm faciunt: indè Hortulanas mulieres vocat, quibus vti carpento nefas, ac vetitum eſt; vt ab honeſtioribus fœminis curriculo diſtinguerentur: Apud Veteres non ſolùm habitu diſtinctę ab honeſtis; vt notauit Tertullian. de cultu fœm. ſed etiam curru. idem Tertull. de pallio cap. 4. vbi indignanter vocat Meretrices, ſublimes matronas, lectica vectas; cum pedaneę eſſe debeant, olim dictum: *Meretrix in platea; Matrona domi*. Prouerb. 7. Sueton. cap. 8. Domitianum Imperatorem probroſis fœminis lecticæ vſum, iuſq. capiendi legata, & hæreditates ademiſſe narrat: Non ab re huiuſmodi fœminæ *Limaces* appellantur, à Limace, quæ, vt inquit Ioſeph Scaliger in comment. ad Varronem, ſicut plantarum folia, & olera corrodit; ſic & Meretrices non ſolum folia, ſed etiam oſſa Amaſiorum abſumunt: Vide Becmanum de orig. l. l. limaces non ineptè, etiamnũ vocari poſſunt. Sicut enim abſque domo, ſeu teſta illæ repunt; pari modo iſtæ abſquè pilento di-

ua-

uagari non eſt inſolens: infeliciſſimas publicarum libidinum victimas, meretrices appellat Tertull. de cultu fœm. tolerabile malum ad maius euitandum: Ne verò conſuetæ exercitationes manè à iuuentute intermitterentur; apud Romanos nefas antè horam nonam impuris mulieribus erat proſtare; ideò Nonariæ dicebantur.

73 *Hydrocellas tumidas.*] Herniæ ſpecies ab humore nomen Græcum, ideò tumidæ: Vide Hernia.

346 *Hierarcha.*] ſoli Summo Pontifici carpentum ſiſtitur; indequè exiliunt accipientes genuflexè benedictionem.

I

610 I*Lia ducens.*] Horatio epiſt. 1. ilia ducere, Lucano lib. 4. & Plin. lib. 26. cap. 6. ilia trahere dicitur: latera exteriora, ilia interiora; ſed confunduntur. Tam hominibus, quàm iumentis contingit huiuſmodi laterum, ſeu ilium ductio; quæ fit cum ob curſum, vel ob aliquem alium laborem anima denſatur; quod ſuſpirium, & aſthma appellatur, cuius indicium ex aſſidua laterum reciprocatione manifeſtatur; & temporaneum eſt; nec morbus eſt: illa verò ſpirandi difficultas, quæ morbus eſt, curatuquè difficilis; eiuſdem eſt nominis, eiuſdemque cenſus, ac tribus ex cauſis excitari ſolita, quas refert, & examinat Cardan. in conſil. de ſpirandi difficultate, qua qui laborat, Iliacus, ſeu Ilioſus appellatur; non autem ab Iliis,

vt

vt Læuinus Torrentius in comm. ad Horat. epiſt. 1. diuinaſſe viſus eſt; ſed haud aſſecutus eſt; nam ab ileo inteſtino, græcè εἰλεὸν, quod latinè con. uoluolum reddi poteſt; iliacus morbus, & iliaca paſſio deducitur; & eſt intenſiſſimus dolor à Medicis, *miſerere mei*, licet barbarè, ſed verè nuncupatus: Quo ſanè morbo Arrius Hæreſiarcha; & Herodes Tyrannus extincti fuere; teſte Tobia Conobloſchio diſp.4. Anat. Quarè tota via diſcre pat ab illo ſuſpirio, & Aſthmate, quod ob curſum, vel ob aliud ſine febre impedimentum incurritur; qua paſſione equi in ſenectute maximè tentantur.

18 *Ilias morborum.*] De magnis, ac multis in vnū congeſtis malis paræmia ducta ex Homeri Iliade, in qua omnium malorum genera recenſentur: vide Adagiorum Authores.

362 *Ilicet.*] Donatus in Phormione Terent. 1.4. exponit, quaſi ire licet; reiquè finem denotare dicit; quod quidem verbum Iudiciorum eſſe Ioſeph Scaliger in Comment. in Varronem; & ante ipſum Franciſcus Ottomanus de verbis iuris teſtantur demiſſo Senatu à Prætore pronunciari ſolitum. *Ilicet*, ideſt *ire licet.*

6 *Illotis ſolet euenire morbus.*] lotio ſtatis temporibus facta, ſi herbis odoriferis medicata fuerit, non ſolum pedum imbecillitati, ac varicibus, ſed cuti, ne ſorditie, vel aſſiduo attritu in callum denſetur, plurimum valet.

680 *Imaginis nullius.*] Vide Vir nullius imaginis.

816 *Imperare neſcit.*] etiam in priuatis, ne dum in publicis rebus difficilè eſt imperare; ſæpè etiā

vtrin-

vtrinque, quæ ſunt conſentanea exequenda; diſſentanea non ſinè imperantis aſpernatu, ac riſu pręcipiuntur: imperitè imperanti, nec cibus pro volũtate, nec iter pro authoritate; nec bellũ pro iudicio, nec arma pro ſtudio ſumi ſolẽt. Briſo. li. 3. c. 13.

45 *Impetigo Aurigæ.*] Scabiei ſpecies, vulgò *Volatica* dicta, quæ impetit, ac infeſtat cutim; *lichen* gręcis appellatur, de qua Cor. Cel. lib. 5. & Q. Serenus: translatè hic pro prauo improborum commertio, ac contubernio ponitur.

650 *Incendit annonam.*] Annona eſt propriè prouentus vnius anni; de qua eſt tit. C. de off. Præf. Annonæ: quæ conſiſtit etiam in vino, oleo, pane, ſale, carne, & reliquis edulijs, vt notat Iacob. Cuiacius tit. Cod. lib. 10. de ann. & trib. Ex Curruum multitudine annonæ caritas exoriri, indeq́; annonæ incendium excitari ſolet: Veterum Romanorum vſitatus loquendi mos, cum caritatẽ annonæ ingraueſcentem vellent exprimere; incendere, & excandeficare annonam proferebant: Varro lib. 3. c. 2. de re ruſt. *Cænæ*, inquit, *innumerabiles excandefaciebant annonam macelli*: & ibidem paulò infrà. *Epulæ innumerabiles annonam incendunt*: Vide Turnebum lib. 22. cap. vlt. ader. *Flagellare annonam* dixit Plin. lib. 33. cap. 13. & *ſtrangulare* Papinianus. Contrà, cum pretium annonæ remittitur; vileſcere annona dicitur.

62 *Inceſſus præmoritur.*] à Plinio deſumpta ſententia lib. 7. cap. 50. *Viſus*, inquit, *auditus*, *inceſſus præmoritur*: Vide Viſus. Lucret. lib. 3.

Digitized by Google

In pedibus primum digitos liueſcere, & vngues,
Indè pedes, & crura mori poſt; indè per artus,
Inque alios tractim gelidi veſtigia lethi.

543 *Indagatque.*] licet, indago, tàm nomen, quàm verbum ab vno, ſcilicet ab Ago, deriuentur fonte; diuerſo tamen ambulant pede; illic longo ſuadet exemplum, hic breui pede perſuadet ratio; quæ euidẽs etiam apparet ex verbo eius frequentatiuo, indagito, vbi, da, breuis.

3 *Inepta ſtrata.*] ſubſanandus ſanè Salmaſius verborum egregius nouator in notis ad Vopiſcum. pag. 246. num. 36. fol. mihi 461. vbi Cic. ſcripſit ad Atticum lib. 16. epiſt. 12. *Longulum ſanè iter, & via inepta.* loco inepta. reponit. via matta; & contendit veterem eſſe lectionem: Quid inſipidius, ac ineptius? Huic ſæculo, ſi quod aliud, ſagaciori, oculatiorique vult imponere; latiiq́ue candoris Authorem Iſodori gloſſario inquinare: Quis neſcit, vel primis græcis rudimentis inſtructus: ματαιους, ſtultum, ineptum ſignificare, vndè Italis, *Matto*, à Græcis deſumptum eſt; quando aliquem mente motum ſignificare volunt. Nil cum via nominis huiuſmodi notio habet commune: ſed via inepta, ideſt latinè, non apta: *Facilius*, inquit Cicero, *apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere.* Eadem lege Clodia, qua M. Tullius, quod falſum S. C. retulerit; fuit damnatus; eſſet etiam Salmaſius caſtigandus, ac qui adhæſit Salmaſio.

Index ne fias digitis.] intranſitiuè, ideſt paſſiuè hic index ſumitur.

262 *Index in triuijs.*] hic tranſitiuè: olim Præneſtini

ni *digitios* eos appellabant, qui viam quaſi digito Viatoribus indicarent: Plautus in Mercat. V*iales:* Suetonius in Auguſto cap. 31. *Compitales lares:* Tertullianus de ſpectaculis : *Compitalipotentes tanquam Deos coluit cæca Antiquitas*: Etiamnũ in triuiis; ſeu ambiguis viis, Icones, Cruces, & Manus indice porrecto, quorſum Viatoribus eundum indicant.

715 *Ingrato fragore.*] ingratum referri ad ſaporem non eſt dubium, Plin. lib. 15. cap. 75. *non ingratæ*, inquit, *amaritudinis*: & lib. 34. cap. 17. *ſtannum illitum æneis vaſis ſaporem gratiorem facit, & æruginis compeſcit virus*. Vſitatus tropus ea, quæ ad vnum ſenſum pertinent, ad alium etiam transferri.

410 *Innocentior ſparſis lacte.*] innocens pro inſipiente capi ſolet: Seneca. Thebaid. ver. 201. *Innocens dijs inuitis*: Pueris, & tanquam inexpertibus, imprudentia, hoc eſt innocentia; Senibus, ob rerum experientiam prudentia, & ſagacitas tribuitur: Hinc Minutius Felix in Octauio: annos vocat innocentes, ob infantium inexperientiam.

710 *Inquinare Cælum.*] Cælũ pro aere accipi, cui non notũ? inquinari autem puluere fortè non ita notũ: ſciat à Lucretio *Cælum cruentũ*, ideſt inquinatum nuncupari; iuxtà ſaniorem, & acceptiorem lectionem in 6. lib. ita.

An Cælum nobis vltrò natura cruentum
Defecit.

Sumpta metaphora à cruore, quo qui perfunditur; inquinari ſolet; vndè cruentare, pro polluere, &

contaminare accipitur; vt ex ipſo Lucret. in 4. de nocturno effuſo ſemine,ait, *veſtemque cruentant*: quod aduertit, & probat Turneb. lib.21. cap. 19. Aduerſ. obſeruauit itidem in Indice Giſanius ad Lucretium; Cicero dixit addendo, *Sanguine cruentare*.

362 I*nſimul.*] pro vnà.Statius in ſyl. *Et gentes alis in-ſimul togatas*.antè Statii ſeculum inuſitata vox.

208 I*pſa labitur hora.*] ipſa demonſtratiuum nomẽ, pro integra accipitur,Cic.ad Atticum lib.3.ep.21 *Triginta dies erant ipſi, cũ has darem litteras*, cuius ſignificatus etiam apud Paulum I.C.in l.66.ff. de verb.obl.eſt videre,dum inquit; *ſi ipſorum viginti annorum erit, non impedietur manumiſſio*; hoc eſt completorum.

552 I*re ceſſim.*]an ire ceſſim,ſit idem,quod retrogradi:Vide Turnebum lib.22.cap.24.Aduer.& ſuprà. *Ceſſim ire*.

169 I*ſthmum anguſtum.*] propriè eſt terra anguſtiſſima excurrens inter duo maria;vndè metaphoricè. in faucibus dicitur illa pars, quæ inter gulam,& os intercedit;& hic illud anguſtum, quod inter duos currus conceditur inceſſus;vndè Viator,velut anguilla è manibus elabi ſolet,euadit.

160 *Iter eſt in Vrbe vix vllum.*] Nullum iter in Vrbe Roma dari ex eo eſt,quod ibi tàm hominũ, quàm iumentorum fretum nullo diſcrimine conſpicitur: Iter enim,via,actus apud I.C. ita differunt, vt iter dicatur illud,quo quis pedes; aut eques tantum ire valeat: Via verò,qua iumentũ, & vehiculum: Actus,quo pecudes,non vehiculũ. Itaq. iter pro-

prium

prium eſt hominũ; Actus pecudum, via vehiculorum. Viam pro itinere accepi; & Apuleio Viagiũ dici conſtat: Itineris latitudo non eſt certa, nec determinata, l. 13. §. latitudo, ff. de ſer. præd. ruſt. Viæ autem latitudo per legem 12. Tab. definita eſt; octo pedes, in anfractu ſexdecim. l. 8. §. 1. ff. de ſer. ruſt. præd. vide Varronẽ de l. l. lib. 4. & Ant. Contium.

233 *Iugare currum.*] contrariũ Deiugare, quod eſt diſiungere. Pacuuius apud Nonium.

462 *Iungere equum.*] abſque alio intellige ad currũ, non vt ille, qui in ludis Circẽſibus, Quadrigas, in-interpretatus eſt, iunctos equos ſine curru; quem notat, & ſugillat Turnebus ad Cic. de fato. Plin. addit ad currum; quo dicendi modo pluries hic Author vtitur; Iungere currum, Virgilio, cuius ſenſum non adeptus Turnebus 4. Georgic. *Et iuncto bipedum curru metitur equorum*. Iungere apud eundem Virg. Eclog. 3. abſolutè pro adiungere ad currũ ibi: *Iungat vulpes, & mulgeat hircos.* Contrà diſiungere currum apud Valerium Flaccum, eſt equos à iugo liberare; vt apud Iuuenalẽ;

O Lybio diſiunge boues.

Maro *ſoluere equos* dixit in 3. Georg. in fine. Interiũgere autem equos, eſt à iugo ſoluere ad aliquod temporis ſpacium, vt paſtu reficiantur ad reliquum iter peragendum: Martial.

Et cum currere debeas Bouillas,
Interiungere quæris ad Camœnas.

Vide Alciatum lib. 8. cap. 14. Pareg. Tranſiungere Vlpiano eſt in diuerſam partem currus iumenta mutare; cùm à dextra, in ſiniſtram;

aut

aut contrà iunguntur, in l. 38. §. 5. ff. de ædil. eden. Ottom. de verbis iuris: eo ingenio iumenta ſunt, vt quæ vſu ad dextram iungi aſſueta ſunt; ad læuam minimè tranſiungi patiantur; & ſana eſſe, vbi ſupra Vlpianus definiuit; ſecus ſi nata eſſent; vt tranſiungi nequeant; ſana non eſſe idem declarauit.

110 *Iuueneſcit ambulando.*] Vide ambulando iuueneſcit.

L

392 L*Aborioſam vitam viuere.*] otioſam non intelligit; ſaperet epicuriſmum; ſed, quia hominem liberum ſudoribus, ac ſordibus vacare non decet; pro ſui ſtatus conditione viuere vellet; nemini addictus non recuſaret laborem, dummodò is honeſtæ quieti non eſſet futurus moleſtus: *Liber ſiquidem*, inquit Cic. de Orat. *non eſt, qui nõ aliquando nihil agit, nec qui pro magno labore ducat manum ad os admouere;* iuxta Salomonis Prouerb. 26. Græcis *radymos* dicitur; qui piger, & deſes eſt; & laborem fugitat, qui in re difficili occupari non vult. Ouid lib. 1. eleg. 6. de Ponto.

Quod venit ex facili, ſatis eſt componere nobis,
Et nimis intenti cauſa laboris abeſt.

Ocium, & inertiam eſſe amicam paupertatis notat Tib. lib. 1. eleg. 1.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti,

Vide Biſciolam lib. 19. cap. 19. tomo primo: examinantem dictum Tibulli; & plura ad rem præſentem

tem cumulantem.

410 *Lacte ſparſis labell.*] Infantium, quibus nullus rerum vſus, periphraſis: Italiciſmum redolere videtur huiuſmodi locutio; tametſi veteribus etiam familiaris fuit: Infantiæ, ac innocentiæ lac eſt ſymbolum: vide Clement. Alexand. lib. 1. cap. 6. Pedago. vbi ex Homeri teſtimonio vocat Innocentes, *Galectophagos*, ideſt lacte veſcentes. D. Paulus ad Hebræos cap. 5. *Facti eſtis*, inquit, *quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo*. Huc multa alia ſpectantia videto apud Martinum Delrium Adag. 793. vet. teſt. tom. 1.

1001 *Languenti ſimilis*.] in ſella, velut in ſtrato recubantis ſimilitudo, qui ſedens cancellatis manibus; diuaricatis cruribus, caput in latus vergit; totoque humero adhæret ſellæ; languentis vtique præbet ſpeciem.

861 *Laureata turba*.] non à verbo, quod nuſquã eſt; ſed à nomine Lauri deducitur Laureatus; tametſi apud Chryſolog. ſerm. 66. verbum vſurpauit, ibi; *Poſtes ſuos laureauit*, etiam in Iſodori gloſſario inuenitur vſurpatum. De leguleis intelligit; qui eo, quo in Vrbe Doctoratus Lauream ſecuti ſunt, die per differtum forum, ac frequentiores vias curru vehi cum ſcholaſtico commeatu de more ouantes geſtiunt; vt ſibilis, vulgique clamoribus ſe exponant: Huc facit illa Epicteti apud Arrianum, Scholaſtici definitio. *Scholaſticus eſt animal, quod ab omnibus irridetur*: ſed velut in triumphalem currum ſequenti cuique permiſſum, ac liberum erat conuitiis Triumphantes inceſſe-

re,

Digitized by Google

re, ne proſpera fortuna inſoleſcerent; ita & hos Doctoreis inſignibus coronatos, ne in ſuperbiam efferantur conuitiis excipi permiſſum: vel etiam dici poteſt ad abſtergendum fortaſſè è facie pudorem, pudicitiamque præfricandam, quo præfricatioris frontis euadant; & ad iudicialia Tribunalia audentius commeent, ſiſtantque: mos, ſeu abuſus vtique compeſcendus: Cum olim Laurea honoris inſigne fuerit, pro quibuslibet inſignium demonſtrationibus vſurpatur; cuius loco, hodiernis temporibus ſucceſſit Pileus: Non minus & Pileus virtutis, & ſapientiæ inditium, teſte Vincentio Cartario, de Deorum imaginibus; vbi de Caſtore, & Polluce pileatis: Hinc inductum, vt in Iuriſprudentiæ, aliarumque ſcientiarum Doctoratus ſignum imponatur Pileus: Huc reſpexit Dantes Aligerius, dum coronam, qua, tanquam Poeta, coronandus erat; Pileum vocat, Italica voce *Capelio*. Cant. 25. Paradiſi.

Con alta voce homai, con altro vello
Ritornerò Poeta; & in ſul fonte
Del mio Batteſmo prenderò il Capello.

49 *Lapis quàm grauis.*] lapis paupertatis, volatus autem excelſi ingenij ſymbolum; alludit ad illud Alciati Emblema 120. quod quia non minus ingenioſum, quàm elegans; huc transferri libeat.

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas,
Vt me pluma leuat; ſic graue mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces;
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

Cui conſonat illud Iuuenalis Satyr.

Haud

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Verum noſter Aulicus Eautontimerumenos, id eſt ſe ipſum excrucians, ob ambitionem paupertati affinem, ſemper in anguſtiis verſatur, ſemper cũ Penia colluctatur miſer Philotimus; ad rem propius accedendo; olim etiam nos, quæ luſimus, huc appingi non recuſauimus.

Paupertas, atque Ambitio ſi fortè iugantur;
Infelix miſerum copula quemque facit.
Eſt leuis Ambitio, tenditq. per aera greſſus;
Paupertas per humum reptat, initq. viam.
Alæ ſunt manibus, plantis ſunt ſaxa; volare
Nitentem retrò pondere ſaxa trahunt.

372 *Lemniſcis volitantibus.*] Lemniſcum nomen eſſe Syracuſanum ex Heſychio, quem tacet Turnebus lib. 10. cap. 3. aduertit Carolus Paſchalius in ſuo de Coronis lib. 2. cap. 12. eumque eſſe faſceolam è coronis dependentem à Feſto didicimus, & ab Hadriano Iunio, & aliis illud eſſe, quod Itali vocant *Fiocco*, variis modis, ac rebus ornatus gratia, addi ſolitum Coronis quidem honorificentioribus, & palmis; vnde lemniſcatæ coronæ, & palmæ Ciceroni, & Plinio dicuntur: Diſcrimen iſtud à Plinio lib. 2. cap. 3. dum dicit: *Acceſſerunt lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honos eſt.* & ab Auſonio lib. 6. collegi.

Et quæ iamdudum tibi palma poetica floret,
Lemniſci ornata eſt, quo mea palma caret.

Mulis phaleratis, quibus noſtro tempore Patriarchæ, & Primates ſolent vehi, diſcriminis cauſa, nõ

Digitized by Google

ab re adijciuntur: Bigas; quibus Purpurati in Vrbe Principes, & Regum Oratores vehuntur, lemniſcatas eſſe decet; tanquam cæteris præſtantiores; quibus tum ſiſtendi officium, tum Nolæ pulſatio debetur; de qua re opportunius alibi. Hodie ab Vrbano Octauo Pont. Max. ſolis Patribus purpuratis rubri coloris, vt ab aliis diſtinguantur; ſicut etiam Eminentiſſimi titulo; cæteris pro conditione virorum Principum vel nigri, vel alterius coloris extrà rubrum lemniſcos decretos eſſe ſpectamus. Vide infrà Rutilo lemniſco.

829 *Lar imminet capillis.*] cui vbique domus, terra, pro terra; prouerbium in eos errones; & incertis vagantes ſedibus; vide Adagium. Seruum haud veho.

193 *Libera in Vrbe.*] inter varia Vrbis Romæ encomia, & epitheta, illud celeberrimum; quod à libertate trahit: à Tiberio Cæſare apud Suetonium cap. 28. dictum: *In libera Ciuitate linguam, mentemque liberas eſſe debere*: à Sidonio Apol. lib. 1. epiſt. 6. *Patriam libertatis*; ab Ennodio Ticinenſi; *Libertatis ſacrarium*: à Symmacho epiſt. 54. in ipſius Romæ proſopopœia: *More meo, quia libera ſum*: celebratam legimus: Hinc rerum, & hominum ad vtramque fortunam tot exempla, tot mirabilia ſpectantur: vbi acceptio perſonarum exulat.

191 *Libertas adeò ſolet, vel ipſis.*] Et ſi naturà ſeruitus inſit Feris, vt infrà videbitur; tamen libertas quodammodo etiam ipſis tribui ſolet; quæ naturalis libertas à I.C. appellatur, id eſt laxitas na-

tura-

turalis, vt exponit gloſſa in §. feræ. inſtit. de rerum diuiſ. & l. 3. §. inter feras. ff. de acqui poſſeſſ. Aelianus lib. 5. de animal. tradit de Onocentauro, qui ſi capiatur, libertatis deſiderio, ab omni cibo abhorret; & fame ſibi mortem conſciſcit.

195 *Libertas alit, & iuuat.*] Libertas à Deo donũ; quo nullum maius; præſtantiuſq́ue mortalibus; & ad humanam felicitatem via certiſſima. Duplicẽ libertatem conſtituunt; animi, & corporis; illam Stoici veram profitentur, & amplectuntur; etiam ſi corpus variis affligetur morbis. Alii hanc corporis ſcilicet libertatem, ceu veriorem; licet animus irretitus, mancipatusq́ue ſit vitiis, magnifaciendam eſſe prædicant: Vtraque tàm animi, quã corporis libertas requiritur, nec vna abſque altera ad felicitatem valet: Non enim liberè vult, qui ad rationis normam non vult, liberè velle nec poteſt, qui corpore, & animo non valet. *Quale enim* inquit S. Tobias luminibus captus, *gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen Cæli non video?* Ad hanc itaque humanæ felicitatis libertatem conſtituendam, eſt velle viuere ad liberum voluntatis placitum; voluntas verò nec placere, nec velle debet; niſi quod ius, & ratio poſtulat; ideò ſubditur hîc.

Libertas alit, ac iuuat volentem
Ad recta rationis inſtitutum
Vitam viuere non laborioſam.

ibi, *libertas alit*, corporis, & ibi *iuuat*. animi libertatem reſpicit: Vtraque libertas nulla, niſi vtraque ad rationis præſcriptum; illud *recta* va-

care videtur: nam ratio, quæ non recta, deſinit eſſe ratio: intellige rectam, non quæ à voluntatis lubricoſusquè dequè voluitur, ſed quæ ſacroſancto legum regitur imperio; non enim liber eſſe dicitur, vt ait Dio Rhetor orat. 14. qui viuit, vt vult, niſi velit; vt ius, & ratio vult: *Si vis*, inquit, Seneca epiſt. 37. *tibi omnia ſubijcere, te rationi ſubijce*.

181 *Libertas precium.*] inæſtimabilis res eſt libertas, quam pecunia lui, nec recuperari poſſe ſcribit Vlpianus l. 9. ff. de ſtatu hom. eamq. eſſe rebus omnibus præferendam dixit Euripedes penes Stobæum. *Beatos homines* appellat Pindarus ode 8. qui libertate fruuntur.

198 *Libido quo me cumque volet.*] libido omnium cupiditatum generale vocabulum tàm in bonam, quàm in malam accipitur partem; ſæpius tamen, inquit Auguſtinus lib. 14. cap. 16. de ciuit. Dei, qua obſcænę corporis partes excitantur, dicitur libido; quæ autem cum ratione deſiderat, voluntas eſt, quæ aduerſus rationem eſt incitata vehementius; libido vulgo Italico *Capriccio* dicitur: Non ſolum de animatis, ſed etiam de inanimatis dici ſolet; Gell. lib. 19. cap. 7. quærit, cur accidat, vt eum, qui propter ignem diutius ſtetit, libido vrinæ laceſſit, ideſt mingendi appetitus: Plinius lib. 17. cap. 18. *Neque enim*, inquit, *animalium tantum eſt ad coitum auiditas; ſed multo maior eſt terra, & ſatorum omnium libido*.

23 *Lolio rotatur vertex.*] qui vehitur ſæpe ſæpius laborat vertigine, vt teſtatur Ioan. Placotonus in comm.

comm. de tuend. bona valetud. quæſt. vtrum vectio, an equitatio ſit ſalubrior, *Quia*, inquit, *vectione corpus moue tur variè, & inæqualiter, nunc in hanc nunc illam partem, proque viarum natura modò celerius, modò tardius, hinc fit, vt ſtante curru quamdam vertiginem Vectores ſentiant:* Lolium inter fruges à Plinio peſtis nuncupatur,& quia tentat caput; inducitque vertiginem,inſtarq. vini inebriat;indè à nonnullis Italiæ Populis ebrietatis nomen induit; vulgus *Imbriaca*, Gallis *vuraie*, ideſt etiã noſtratibus nomen: Hic tanquam cauſa pro cauſato ponitur.

72 *Lomento non opus.*] Lomentum eſt farina fabacea,qua ad reprimendas hydrocelas fieri ſolet cataplaſma; & prodeſſe podagricis narrat Plinius; rugas cõplanare refert Martialis.

Lomento rugas vteri, quod condere tentas

addit Plinius lib. 22. cap. 25. lomentum ex aceto decoctum tumores maturare, atque aperire.

507 *Loramenta malum tegunt colorem.*] Dorſualia, ſeu phaleras,quibus equorum ſternuntur tergora; aliquando ornandi gratia; aliquando tegendi maculas,& maciẽ, ex qua pallor prodit, quem malum colorem; quia à mala cauſà, inter omnes deterrimum appellat.

210 *Lori moles.*] lata fuit lex à Valẽtiniano ſecundo, Theodoſio,& Arcadio Principibus; vt eſt videre in ll.43. 48.Cod.Theod. de curſu publ.vbi Auerta prohibetur; quæ ſexaginta libras excederet: Guidus Pancirolus lib. 2. cap.265. var. lect. miratur; vndè tanti ponderis eſſent lora;& à Budæo

diſce.

diſcedit, qui annota. Pandect. ad l. eos, ff. ad l. Corn. de falſis: Auertam interpretatur lora per dorſum equi iugalis excurrentia, quæ Ipomachalon græcè vocari ait; hoc eſt quod extenditur ſuper clunes Veredi;& rectè quidẽ,quicquid meus Pancirolus refragetur; & ad alia tranſeat: Nam huiuſmodi lora Veredorum tāti ponderis eſſe cōſtat, vt excedant centum, & amplius libras; licet Veredi nonnunquam pro ſingulis equis accipiantur, ſæpius tamen apud Veteres ad rhedam iunctos equos ſignificare teſtatur Iuretus ad epiſt. 48. lib. 7. Symachi: nec niſi cum rheda, mox etiam ſine rheda: Authore Feſto.

25 *Lumbus.*] lumborum ſitus eſt à cinctura vſque ad nates, vbi & renes collocati ſunt: Hanc partem Veneri dicatam volunt; & à lumbis lubidinis ſeu libidinis nomen deriuant: licet itaquè lumbis vitium, quod lumbago Feſto dicitur, nimia Venere quandoque contrahatur; tamen ſeſſitatione curuli etiam euenit: vt in Menech. Plautus 5. 3. *Lumbi,inquit,ſedendo,oculi ſpectando dolent.*

29 *Luna ſilente.*] Quid Lunæ cum cancris? tempore quo Luna ſilens eſt; quo ſcilicet priuata Solis lumine in coitu cum Sole reperiri dicitur; tàm teſtacea, quàm cruſtacea animalia mirè afficiuntur: teſte Cæl. Rodig. lib. 1. cap. 18. extenuantur; reliquo autem plenilunii tempore pingueſcunt; Cruſtacea, vt Cancri, mutant exuuias; & tenerrima fiunt; teſtacea verò, vt Cochlea, ac teſtudo, minimè; rationem apud Cardan. videto lib. 7. ca. 37. de rerum variet. fol. mihi 428.

Lupus

374 *Lupus te videat.*] Lupus voraciſſimum animal; ſicut, ſi te prius videt, vocem adimere, rauimque inducere ferunt: iuxta illud Virg.

Vox fugit ipſa, lupi Mœrim videre priores:

Horatius ideò lupum rauum appellat, quia raucedinem inducit, ſic itaque is, cui ſiſtendi officium impartiendum eſt; ſi prior conſpicit, abeundi facultatem adimit; ſalutandique neceſſitatem imponit: Referri etiam poteſt ad paræmiam in eos, qui metu alicuius obticeſcunt, a lupis videri dicuntur: lupum videre eſt ſubito obticeſcere. Suidas in verbo λυκον, ita hi ſalutatores, niſi diffugium detur; prius, quàm inſpiciantur, reuerentiæ metu, quàm obſeruantiæ gratia tacitè id facere ſæpè numero videntur.

442 *Luteſcit Roma.)* vide Roma luteſcit.

436 *Lutetiam Quiritum.)* Lutetiam Pariſiorum a luto appellatam, iuxtà, ac Romam. Sueton. in Auguſto cap. 29. gloriatur Imperator Vrbem, quam acceperat lateritiam, marmoreã reliquiſſe: Græci ſcriptores pro lateritiã ſcribunt πηλίνην: ideſt luteã: ad hunc fortè ſenſum, quod lutoſa ſit: licet Biſciola lib. 15. cap. 4. num. 9. tom. 2. ad alium trahat ſenſum: Dio Hiſtoricus nobiſcum eſt: ait enim Auguſtum morientem hæc dixiſſe: *Ego cum Romam terream accepiſſem, lapideam vobis relinquo:* vbi terream, interpretare, luteam.

899 *Luxatur columen.*] cum columnellę, quibus cælum Rhedæ, ſeu fornix, vel tympanum ſuſtinetur; è loco mouentur, luxari aptè dicuntur, vulgo italico *Slogare, trar di ſeſto.* Non ſolum de membris;

ſed

ſed de rebus aliis dicitur luxare. Plin. lib. 17. c. 24 de Achorum radicibus, & alibi de ſimilibus.

M

140 M*Acrobios.*] Qui longæui, viuaceſque ſunt; Græcis Macrobii dicuntur: Vndè hoc Venetis? numquid ob miram Vrbis, Cæliq. temperantiam? an potius ob illud aſſiduum in Vrbe deambulandi fretum, ac ſtudium? vtrumque.

688 *Madidat.*] Claudianum verbum.

431 *Mæandro luteo.*] palii, ſeu tunicæ circumfluẽs extremitas, illita, circumductaquè luto: a Mæandri fluuii circumfluxu ſimilitudo ad veſtium extremitatem ducta eſt; Mçander luteus appellatus eſt; quaſi quoddam phrygium opus: vulgo noſtro, *Ricamo*.

200 *Magiſter currus.*] ideſt Auriga; cuilibet gubernationi Præfectus, magiſter dici poteſt ab abſoleto verbo Magiſtrare, quod eſt regere, ac moderari, authore Feſto, indè Magiſtratus deducitur. Nauis gubernator. Virg. 5. Aeneid. Magiſter appellatur, & I. C. in l. 1. §. fin. ff. de exer. act.

825 *Magnes, nec valet inuenire portum.)* vulgare ſapit adagium: de magnetica Nautarum pixide intelligas, qua variam ventorum explorant regionem; ſuũq. iter nautæ auſpicantur: tractum indè eſt, vt quorumdam duræ ceruicis hominum voluntatem explores; tibi opus ſit huiuſmodi nautica pixide; vix horum opinationem, & arbitrium nanci-

nanciſci valebis: vide Pyxis.

257 *Mangonibus.*] Mango, qui Venalitius Cicer. Venalititius Vlpiano; nõ tàm, qui mancipia, quàm qui equos emit, ac diſtrahit Hadriano Iunio dicitur; ſed qui gemmas expolit Plinio lib. 37. in fine; ac cæterarum rerum interpolator, quem, vt notat Ioan. Brachæus in l. Mercis, de verbor. ſignific. Ragaterium vulgò dicimus: Improbiſſimorum etiam hominum genus, qui formæ negotiatores, ac lenocinatores ſunt, Mangonis nomine continentur, & eo dicuntur, quod manu agant: quod ſcilicet corpus inſpectant, ac contrectent: Vnde Martialis fuit inſpectus, & contrectatus; vt ipſe de ſe ipſo ad Rufum lib. 6. epig. 81.

265 *Manu per hanc, vel illam.*] dextrorſum, vel ſiniſtrorſum; ſeu per varias alias vias: vox manus, vt Aleatorum; ita & Aurigarum eſt: Hinc manum remittere apud Suetonium; vbi Beroald. in Octauio cap. 71. in ludo eſt condonare iactum colluſoribus, qui damnoſum facerent: Vide Turnebum lib. 17. cap. 1. Aduerſ. interpretantem manus ipſas ludendi vices.

Mare.) Vide Aequor.

95 *Mariſcis.)* ſunt ficus inſipidæ, quarum Cato, & Columella meminerunt: Græcis Buſecæ: ad cuius fructus figuram dicuntur Mariſcæ quædam vlceroſa tubercula circa coronam ex probroſo frictu enata: de quibus Iuuenal. ſaty. 2.

Scinduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

N *Maternum*

17 *Maternum ſolum.*] non patriam, ſed terram ipſam appellat; de qua Plinius lib. 2. cap. 63. *Nos*, inquiens, *naſcentes excipit, natos alit, ſemel editos ſuſtinet, & ſemper nouiſſimè gremio iam ab reliqua natura abdicatos; tum maximè, vt mater, operiens:* Hinc ſequitur notatu dignum paulò poſt. *Terra ſerpentem, homine percuſſo, amplius non recipit.*

83 *Medicis malè ò ſit.*] Illis imprecatur Medicis, qui longis experimentis, ſi quid certi obſeruarũt; illud noſtro fecerunt periculo, noſtraſque animas, vt ait Plinius, impunè negotiari conſueuerũt; quibus, vt dixit Seneca lib. 6. de benef. cap. 38. *grauis annus in quæſtu eſt:* olim Pauſanias Lacedæmon interrogatus à Medico, *quomodo ſenex factus? quia*, reſpondit, *feliciter te Medica non ſum vſus:* Lucripetas, ipſiſque morbis ſæuiores appellat Apulæius in epiſt. ad lib. de med. herbis: De quorum artis inconſtantia, eorumdemque artificij calliditate, vide Plinium eos mirè, ac meritò agitantem lib. 24. cap. 1. & lib. 29. cap. 1. ſed latius nos, neſcio an verius in eos in libro taxarũ nondum edito, an edendo incertum; ingeſſimus.

43 *Meis me pedibus feram.*] ne illud Authori obiiciatur; Ambulo pedes, nandi imperitus ſcilicet: Adagium in eum, qui maiorum rerum imperitus; minutioribus negotiis implicatur; aut qui priuatus, ac humilis, currũ abdicatus ambulare cogitur: vide Adagium: Pedibus ingredior, narc non didici.

1014 *Melitenſibus catellis.*] Melite huius nominis

duplex

duplex eſt Inſula: vna freti Siculi à Pachino Siciliæ promontorio ſeptuaginta milliaribus diſtans; ad quam D. Paulum poſt naufragium appuliſſe; & Equites Hieroſolymitanos, poſt amiſſam Rhodū, tranſtuliſſe ſedem conſtat: Altera eſt maris Adriatici, Dalmatiæ contermina; à Corcyra Melæna, *Curzula* vulgò; 12. milliaribus; ab Epidauro, vulgò *Ragusa*, 70. diſſita. Catellis, quàm re quapiā alia, celebrior; quos ab hac inſula Melitæos appellant; Sybaritis hos in delitiis fuiſſe teſtatur, præter alios, Athænæus lib. 12. Nunc ad ludum, & luxum muliercularum; &, ſi diis placet, virorum, ſeu homuncionum habentur; quos meritò irridet Lucianus; dum ludit in quemdam barbatum Stoicum; cui in eodem ſedenti vehiculo Catellam committit Domino obteſtans illud, per ea, quæ ſunt in vita dulciſſima, vt ſedulò curet.

189 *Mendicare grana.*] De Aue in cauea, quæ mauult mendicitùs, modò libera, quàm incluſa pleno roſtro degere; notato: Mendicare cum accuſatiuo Plautus in Amphit. 4. 2. *ô me mendicas malum*. & Prudentius in Periſteph. *Dum ſpurca mendicat ſtupra*.

407 *Micturiant Bigæ.*] ideò in bello Equarum potius, quàm Equorum vſus commendatur; quia Equæ etiam meientes meant; Equi verò ſiſtunt, nec tunc, dum micturiunt, calcar audiunt. Vliſſes Aldourandus de Biſulcis animalibus lib. 1. pag. 910. teſtatum reliquit.

919 *Miſcellanea turba.*] non inconcinnè Aulicum comitatum ex varia hominum farragine, ac com-

mixtione conflatum, turbam miſcellaneam; vt etiam Apuleius appellauit: vide quæ ſupra in verbo Aula,& infrà;Promiſcua turba dicemus.

352 *Miſeræ locutioni.*) hoc eſt frigidæ; & infelici: velut Seneca libro de breuit. vitæ exponens illud Maronis; *Miſeris mortalibus*. occupatæ, id eſt inextricatæ ità, vt huiuſmodi locutio in miſerum carmen; & abſonum, vt Menalcas eius aduerſario obiicit; in Palemone Virg. videatur prodiiſſe.

366 *Miſsiculant.*) Plautinum verbum in Epid. 1. 2. ad morem,de quo hic apprimè vſurpatur.

589 *Modus vbiq. habendus.*) iuxtà illud vulgò.
Omnibus adde modũ,modus eſt pulcherrima virtus.

21 *Mœror.*) ex currus agitatione; ac cura mœrorem animi proficiſci non eſt nouum: Hinc Vehentium vultus ſtriatus; & pallidulus, triſtitiam vndique ſpirans; quorum vitæ terminus breuis; quia ſpiritus triſtis exiccat oſſa; iuxta Salomonis dictum; *Cura*,inquit Hippo. *difficilis morbus;& ad mortem conducit:* Vnde Lucretius.

Et dolor,& morbus lethi fabricator vterque.

Animus autem gaudens, Salom. Prouerb. cap. 17. *ætatem facit floridam*: Currus ſummota cura;mœroris cauſa quoque ſummota.

866 *Monoſyllabus Monellus.*) qui verbulo,vel nutu intelligi vult, qualis eſt Dominus ſæpius cum ſeruo,vt eſt in Adagiis: Pauciloquii homines iracundi, malæ beſtiæ: Multiloquii verò manſuetiores; ac vrbaniores. Homo quidam ſolitarius, inde Monellus dictus: cui elata frons im-

bríca-

imbricatum ſupercilium, lupinum collum, ſuperbus inceſſus; ruſticanus pro loquela nutus.

459 *Mons inuius curribus.*) irrotabilis, ac inequitabilis mons Parnaſſus Muſis amicus; à quocumque Salmonei curru, & quolibet Stentore vocaliſſimo remotiſſimus.

6 *Morbus.*) in Aedilitio edicto morbus à vitio ſeparatur: Morbus enim eſt tẽporalis corporis imbecillitas; vitium autem eiuſdem perpetuum impedimentum, l. 101. §. verum eſt. ff. de verb. ſign. Callus itaq. cum tolli poſſit, morbus appellatur, licet huiuſmodi diſcrimen à Cic. in 4. Tuſc. non videatur admiſſum. Attendenda eſt I. Conſultorum ſententia in l. 1. §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edicto.

99 *Morbus anceps.*] Plinio morbus is anceps dicitur; à quo vita, & interitus pendet; è quo ſcilicet hic euadit, alter interit: cuius ancipitis morbi ducit genus Hęmorrhois: inquit enim Q. Serenus cap. 63. ſicut Achillis *ſanat, quæ ſauciat haſta*: Hæmorrhois ſponte naturæ effluens melancholicos affectus omnes ſanat; vt latius ſcriptum reliquit Hyppoc. lib. 6. Epidem. Inſanientibus ſuperuenientes Hęmorrhoides ſoluere inſaniam idem teſtatur Aphoriſ. 21. ſect. 6. Si verò effluere per ſolitum iter deſinunt, inq. alias corporis partes tendunt; ſi in pulmones, hinc tabes; ſi in latera, hinc pleuritides; ſi in cerebrum, inde mania; ſi per cutim irrepunt, hinc phagedænæ, læpra, papulæ, ſorunculi, & huiuſmodi morborum familia ducitur.

Hæmorrhois grecè, ab *ǽma*, q̃ eſt ſanguis, & *rois*, fluxus;

Digitized by Google

fluxus, & morbus eſt oppidò ſedem infeſtans: teſtatur Q. Serenus vbi ſuprà.

Excruciant turpes anum ſi fortè papillæ. appellat Papillas, quas alii Mariſcas translatè, vt ſuprà diximus, tubercula præſertim circà ſedem ex inflammatione conſiſtentia condylomata: curatu difficiles Hæmorrhoides: tutius eſt eas naturæ commendare, quàm arti.

614 *Moritur iugo ſub ipſo.*] Argutulus potius, quàm argutus Scaliger in lib. 2. de cauſis l.l. cap. 113. exiſtimauit verbum *Morior*, præſentis temporis non dari: Inter enim inquit, habitum, & priuationem nullum interiacere medium; mors ſiquidem ictu temporis obuenit: ſed cuius ſalus deſperata, ac deplorata eſt; mori vtiquè dicitur, etiam ſi nondum animam exhalauerit: Vitæ priuatio nō illicò, ſed ſenſim naturaliter fit, & hoc eſt præſentis tēporis moraliter: S. Aug. lib. 13. c. 9. 10. & ſeq. quando quis dicatur moriens, philoſophatur longè clarius, ac rectius: Verum tamen, Moritur, hoc in loco accipe, pro moriendo viuit, vel viuendo moritur: iuxtà illud, ex iuridicis Adagiis, quæ nos collegimus; Malè viuere nil aliud, quàm diù mori; ſicut & is, qui in delitiis eſt, viuens mortuus dicitur D. Paulo ad Timoth. epiſt. 1. cap. 5. ita & qui in egeſtate perpetua: pari modo Aulicus, qui equo delumbato comparatur, perpetuis laboribus ad ſenium vſque perfunctus; tanquam, vt eſt apud Horatium.

Bos eſt enectus arando.

iuxtà autem Catonis dictum, vt habet Plutarchus in

in ipſius vita: *Neque animam*, inquiebat, *habentibus vtendum vt calceis, & vaſis, quæ longo vſu detrita abijcimus*: Nos malo quidem Aſino, vt eſt apud Suidam adagium; vecti fuimus; quibus aura parum fauit: Neſcio quo hominum Principum fato fiat, vt obtuſior, ac deterior; & vt in agro; ſic in eorum Aula.

Infelix lolium, & ſteriles dominentur auenæ.

355 *Moroſitates.*] Tolerandæ ſanè in huiuſmodi curruum occurſu, conſalutationes, & collocutiones: *Moroſitas eorum*, inquiebat Cicero de ſeneſt. *aliquid habet excuſationis, qui facie magis, quàm facetijs videntur ridiculi*; vt idem Cic. de Conſule Piſone iocabatur: non ſinè ſenio, ac frigore huiuſmodi collocutiones inuitis auribus audies.

60 *Mortis principium.*] ſenectus, quia morbis ingruentibus fores aperit; mortis Ianitrix eſt appellata; ideò ſenex, quaſi ſeminex vocitatur; ſcitè ab Erathoſtene vitæ hyems dicta eſt ſenectus, quò Plautus in Trinumo 2. 2. videtur reſpexiſſe, ibi, *Senectutem hyemem parat*.

Mugiat arca.] vide Arca.

255 *Mulomedicis.*) hac voce vtitur l. 1. Cod. de excuſ. artific. lib. 10. vt ex veteribus libris legit Accurſius; cuius lectionem Cuiacius ibidem, & Briſſonius lib. 11. de verbor. ſignific. tuendam, & inſerendam approbant ex l. 2 eod. tit. Cod. Theodoſ. cuius vocis itidem meminit Firmicus lib. 8. cap. 4. Matheſ. Cæl. Rhodiginus lib. 27. cap. 31. Mulomedicos Equitiariis affines facit Had. Iunius in Nomenclat. eos eſſe; quos Veterinarios appel-

pellant, docet: vulgò Italico, *Maniſcalco*.

501 *Mulos, quorum copia in Vrbe eſt.*] Mulorum ingenium hic ſatis expreſſum habes: Qui ex Aſino, & Equa gignitur, Mulus eſt; qui verò ex Aſina,& Equo Hinnus dicitur Varroni lib. 2. cap. 8. Plin. lib. 2. cap. 44. Ille rudit; Hic minimè: Modici quidem pabuli eſt animal, vt famis,& laboris valdè patiens; frigoris autem minimè: longeuę ętatis eſt; & vſque ad octuageſimum annum perueniſſe refert Plinius loci, quo ſuprà, huiuſque rei cauſam perhibent; quia rarioris Veneris eſſe deprenditur. Hieronymus Cardanus aliam aſſignat rationem lib. 12. de nat. hominis in prin. omnes autem muli quocumque modo geniti ſunt calcitroſi; quos crebriori vini potu à calcibus abſtineri teſtatur Plin. vbi ſuprà; & lib. 30. cap. vlt. cuius rei cauſam vide penes Biſciolam lib. 5. cap. 3. n. 4. tomo 2. Sed ante eum Cęl. Calcagninus lib. epiſtol. quæſt. 2. huius effectus cauſas quærit; vbi vim miram emolliendi ineſſe vino docent; vt quę dura,& calloſa ſunt; vini efficacia macerentur, & emolliantur; propterea fit, vt Muli vngula vini copia mollior, & tenerior reddita, ſi fortè calcem in rem ſolidam impegerit, vulnus potius accepiſſe; quàm intuliſſe ſenſerit; exarmati pedis, imbecillitatiſque ſuę conſcius ferire, & ferocire, deſinit, quod aliis quoque animalibus contigiſſe narrat.

Mulos currui adiungi primum cęptum eſſe notauit Feſtus Pompeius, quibus ideò celebratos ludos in Circo Maximo: Olim Principibus, ac Regibus eos equitari conſtat in pluribus Sacrę Scri-

pturę

pturæ locis: 2. Regum 18. & alibi. D. Hieron. in Eccleſiaſtem; quem, Deus bonè, quàm deprauatum, variataque lectione incertatum legimus; iuxtà tamen germaniorem, ſinceriorem q. lectionem ex Cuiacii obſeru. lib. 1. cap. 16. Dignitate, inquit, perflati, aliter prælati vias publicas mannis terunt: Ex aſino, & equa Buricos, & Burdones appellaſſe obſeruamus: Mulis etiam ad vehiculum iunctis ad celeritatem vſos fuiſſe ſcribit Suetonius in Iulio Cæſ. cap. 31. (*Quorum bona copia in Vrbe*) Apud Catullum eſt merum conuitium, & ſapit adagium, iuxtà aliquos, in ſtupidũ; ibi. *Mule nihil ſentis*: ego autem ad alium tranſeo ſenſum: quoſcumque enim illegitimè natos communi non ſolum Italorum, ſed etiam aliarum gentium vocabulo *Mulos* appellitant: vnde in huiuſmodi hominum genus illota, iniurioſaque emerſerit vox iſta, nondum mihi lucet: Eſt tamen non omnino incerta coniectura: licet Muli quadrupedes ex diuerſa animaliũ ſpecie; Bipedes autẽ ex vna, & eadem videantur prognati; nihilominus, quia iniuſtè, perindè, ac ſi ex diuerſa ſpecie geniti cenſentur: inſuper vt illi ingratitudinis ſymbolum gerunt; plerumq. eos, à quibus paſcuntur, calcibus accipiunt; pariter & hi in ſuos progenitores, Alitores, ac Benemeritos inſurgere, & ante diem in eorumdem annos inquirere nõ dubitant: Muli itaq. nomine tàm ingratum, quàm ſpuriũ intelligimus: quare autem Baſtardum hunc appellamus; e Gallica lingua etymum habetur: vt notat Iacobus Perionius lib. 1. de orig. ling. Gall. A muliebri pudẽdo, q Bas gallicè dicitur: deduci vult, & huc vſq. ſufficit.

O *Mur-*

129 *Murmurillo.*] à murmure diminutiuum à Plauto ductum.

152 *Muſca quidem.*] non pro ſolitudine; vt fuit à Cæſare Domitiano; & in eo Sueton. cap. 3. ducta paræmia, accipiendum; Cum Venetiæ ſint frequentiſſimum totius Orbis emporium; ſed, ſi Muſcam pro homine apprimè curioſo exploratore accipias, quemadmodum Plautus in Mercat. accipit.

Muſca eſt meus Pater, nihil poteſt clam illũ haberi,
Nec tranſactum, nec tam profanum quicquam eſt,
qui adſit illicò.

Non ſolum Venetię huiuſmodi muſcis, ſed quilibet vel Orbis angulus plurimum ſcatet: Reuera hoc animalculo nullius, vt inquit Plinius lib. 29. cap. 6. docilitatis, nulliusq́. intellectus; Ciuitas illa caret; non autem ob illam præſtigij cauſam caret, vt cenſuit Budinus relatus à Becmano de origine l. l. & à Ludouico Cerda cap. 106. nu. 24. Aduer. ſacr. videlicet Muſcis arcendis in Venetæ Baſilicę limite latere Muſcæ idolum, quod etiã in Pragę Boemorũ metropolis ampliſſimis macellis; quò muſcis, vel famelicis nefas ingredi, vel accedere, præſtigium ineſſe perhibent.

Multis in locis apud Veteres hoc muſcarum tædiũ præſtigio abigebatur Tauri immolatione Deo Myodæ facta narrat Plinius lib. 29. cap. 6. extrà territorium muſcarum nubes ambuſtæ, vel ab earũdem proteruia tutos fuiſſe Populos Myagro diuina re peracta, refert Pauſanias lib. 8. Cyrenenſes quoque recenſet Nazianzenus, Acaronis Muſca-

rum

rum Dei inuocatione ab earumdem importuni-tate liberatos: In Herculis ſacellum in Foro Boario conſtitutum muſcas nunquam ingreſſas refert Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. & anteà Plin. lib. 10. cap. 29. & Solinus cap. 2. in Papho nullam viſam Muſcam per fores templi Veneris intraſſe refert Apollonius Hiſt. mirabil. num. 8. In Creta mons eſt, in quo nullæ muſcę; ibique mel natum nuſquã neutiquam ab eis attingi fertur. Plin. lib. 21. cap. 14. Apud Romanos olim immolari Taurum, cuius cruore Muſcæ diſtentæ confeſtim quaſi mercede accepta, euaneſcerent; commemorat Cæl. Rodig. lib. 23. cap. 30. Muſcæ quidem importunæ, & excuſſu difficiles: Quidam lacon ingentis animi miles pro inſigni in clypeo muſcam, eamque non maiorem vera; geſſit: quibuſdam irridentibus, ac dicentibus; quod id ſtudio feciſſet, quò lateret; imò, inquit, vt ſim conſpicuus: Tam enim propè accedo ad hoſtes, vt ab ipſis inſigne cuiuſmodi ſit, videri poſſit: ex Plutarcho in Apophtegmatis Laconum lib. 2. relatum patet. De Hadriano Quarto Papa referunt, cum in ipſius os fortè inuolaſſet Muſca, nec vlla Medicorum arte eximi potuiſſet, ſuffocatum deceſſiſſe anno quarto ſui Pontificatus, Radeus lib. 2. cap. 76. & Bucholcerus in Indice Chronologico: Nugæ nugis Siculis nugaciores: nihil huiuſmodi contigit Pontifici: Angina mortuus eſt Anagniæ.

24 *Muſſat venter ſub tuſſis tunica.*] id eſt ſubmiſsè, ac tacitè, compreſſis pygis euaporare;

idem fermè, quod ſonat prouerbium iam tritum: Tuſſis pro crepitu: Vide infra. Venter ſub tuſſis tunica.

N

433 N*Are ridenti excipit.*] ideſt læto vultu, ac animo; nullum certius animi inditium, quàm quod è naſo, ſeu nare hauriri poteſt.

Naſus contrahitur.]hoc eſt præ tædio, vel nauſea corrugatur.

22 *Naſus ſupinus.*] non morbus, ſed morbi index naſi ſupinitas; ex ſtomachi enim faſtidio, ac flauæ bilis incendio; quod aſſidua currus vectio parit, & excitat; illa in qualibet re naſi ſuſpenſio; illaq. rictus in varias formas, ac labiorum diductio prouenit; qualem Veſpaſiano Imperatori adſcribit Suetonius in eius vita; cuius vultum facit *nitentis:* ideſt durum cacantis ſimilem.

646 *Natare poma.*] vulgatum diuerbium à fabula dimanatum; qua narratur olim Aſininas pilas ſtercorarias à pomorum forma non diſcrepantes in amnem fortè prolapſas; vnaq. cum pomis natantibus commixtas exclamaſſe prę lętitia: *Nos quoque poma natamus:*qualia poma in Vrbe plurima.

Natibus tellurem ſalutes.]Vide ſalutes natibus.

7 *Natibus callum magis moleſtum.*] His corporis partibus callum ex Rhedæ ſucculſu contrahi non eſt nouitium: Tametſi pars iſta corporis ſedendi officio aſcribatur; & ideò natura ibi, puluinaris inſtar, conglobata caro ſit; vt commodior redda-

tur

tur ſeſſio; tamen, quia ab ea etiam corporis parte greſſus incipit; & deambulatio; vt notat Andreas Laurẽtius non tã de re medica, quàm de ipſius hiſtoria benè meritus: His itaq. partibus non minus ſedendi, quàm deambulandi ineſt facultas.

1096 *Naufragatur in portu.*] in hoc vitæ noſtræ procelloſo pelago nullus portus; niſi mortis; vt de conſolat. ad Polybium cap. 28. Seneca: Huc poſtquam delati, iactatiquè fuimus; vnuſque in alterum illiſi; nihilominus naufragium facimus. Recenſendus mihi cum lachrymis infelix euentus Vincislai Mareſcotti Felſinatis non tàm genere, quàm eruditione, ac integritate præclari, qui anno Domini 1621. à Paulo V. Papa, ex aulico eius cubiculo in Galliam negotiorũ cauſa miſſus; ac re feliciter geſta; ad Vrbem properans è Curru ad Pontem Miluium prolapſus, ad lapidem temporibus illiſis propè Vrbẽ ; quaſi in Portu expirauit: requieſcat in pace.

77 *Nauſea cibi.*] Vide Horror dapis.

894 *Negotium tumeſcit.*] cum ad id res peruenit; vt in tumultum facilè erumpat; è gemmis arborum tracta metaphora; quæ cum tumeſcunt, erumpũt; qua Cicero vſus eſt ad Atticum lib. 14. epiſt. 4. *Ego te*, inquit, *aliquid noui ſuſpicor; tumere negotia:* Virg. Georg.

--- *& operta tumeſcere bella.*

224 *Nequitiæ teſtes.*] nequitia & ſi nihil aliud ſit, quàm libidinoſa inertia: ac , licet prima repugnet ſyllaba, cenſeatur ab eo deriuari, ꝙ nihil queat; nulliusq. ſit frugis; & vitia non tàm ad luxũ, quàm

ad

ad ſcelera omnia procliuia complectatur: Hic tamen ſtat pro ipſo faſcino, quod eſt omnium flagitiorum fomes, ac ſtimulus.

914 *ad Nolæ ſonitum.*] à Nola Ciuitate Campanię nomen eſt; &, quia ab ære Campano; vel à Campania regione ducta, Campana etiam nuncupata: cuius vſum Sanctus Paulinus Nolæ Epiſcopus ad Eccleſiaſtica munia celebrāda circiter annum 400. primus induxit; cum apud Gentiles ſub alijs nominibus multo antiquior Campanæ vſus, ac formæ extitiſſe deprenditur ex Strabone lib. 14. Geograph. & notat, & docet Guidus Pancirolus in lib. rerum memorabilium tit. de Campanis; vbi plura illius Interpres: illud Quintiliani in Orat. inſt. *in Cubiculo Nola*. explicat Cælius Rodig. lib. 19. cap. 11. quò, quoad rem de qua agitur, te adlego; ſed ab alieno longe repetito, ac obſcæno ſenſu prorſus ablego.

915 *Nola tertiò repetita.*] Liuiana phraſis lib. 26. *ad tertiam buccinam pręſtò eſſent.*

413 *Non, non vectio.*] antiquam redolet locutionem; de qua Plautus in Aulularia. Properè, Properè: quantus, quantus Terent. in Adelph. Non, non. nihil, nihil. Cic. & alij: refert Auſon. Pompna. de vſu antiquæ locutionis lib. 2. cap. 9.

258 *Non rectum, neque ius.*] ex Heauton. Terent. patet imitatio: vbi dicitur: *Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, neque æquum ſciunt? melius, peius, proſit, obſit, nihil vident, niſi quod lubet.*

985 *Nouorum ſarcinator.*] nuperrima quæque placent; potiſſimùm in Vrbe, cui grata ſemper nouitas: Humani ingenij eſt vetera vel optima faſtidire; noua verò quælibet, vel deteriora expetere, & appetere: videto Senecam declamantem; & lib. vlt. quæſt. natur. cap. 1. Vbi inquit, *adeò naturale eſt magis noua, quàm magna mirari: Sarcinator*] id eſt, qui præter id, quod fertur, noui; de ſuo addit; & aſſuit; vt ſe gratum curioſis Capitonibus; &, vt Apuleiano verbo vtar; nouitatis ſititoribus reddat; qui, vt plurimum, loquaces, & maleuoli, vt Beroaldus teſtatur in Apul. lib. 1. Aſini aurei.

739 *Noxæ deditur*] noxa culpa, ſeu delictum, noxia pœna: Cor. Frontoni de diſtinct. vocum, ſed confunduntur; indifferenterque ponuntur. Briſſ. lib. 12. de verbor. ſignif. Tria ſignat Noxa: Primò culpam Cic. *Noxæ pœna par eſto*. Secundò pœnam delicti, l. 1. ff. ſi quadrup. paup. fecis. dic. Tertio corpus, quod nocuit, venitque dedendum. Vlp. l. quid ſit fugitiuus, §. quod aiunt, ff. de ędil. edict.

982 *Nothusq. cunctis*] huiuſmodi hominum genus præfrictæ, inuerecundæque frontis eſſe ſolet: Non à latino vt notat Quintilianus, ſed à græco deriuatum nomen ex νη, enim particula priuatiua, & θεὸς, diuinus, compoſitum; quaſi dicas diuino beneficio priuatus: eſt enim quiddam diuinum ex legitimis natalibus naſci, teſte Suida, in verbo Νόθος, Differt à Spurio, qui ab incerto patre genitus, literis S. P. ideſt ſine patre antiquitus denota-

notabatur; vt ait Iſodorus. Nothus autem ex vtroque demonſtrato parente ex matre, ſcilicet degenere, & ignobili, patre verò nobili, & illuſtri, & contrà, ſine tamen nuptiis procreatus.

710 *Nube puluerea inquinare Cælum.*] Nubes de puluere equis, vel curribus excitato dicitur Virg. l. 8.

--- *oculisq. ſequuntur Pulueream nubem.*

Lucretius lib. 5.

Pulueris exhalat nebulam.

idem de procella, quod de nube dicitur *Equeſtris procella*, pro Equorum multitudine. Sophocl. in Elect. Hom. lib. 23. Iliad.

O

12 *OBeſat.*] verbum ab Obedo, quod eſt circumrodo, deſcendit; iuxta quod, potius macilentum, ac gracilem reddere; quàm ſaginare, ac pinguefacere videtur ſignare. ſecundum verò Columellam, & alios celebriores Authores: Obeſo, inde Obeſus, & Obeſitas eſt ſaginare: & impinguare; quaſi ob edendum: ab animatis etiam ad inanimata transfertur: mirè nates ſellulariis obeſæ, & habitiores euadunt.

79 *Obſonatq. famem.*] obſonare eſt quicquid edulii imprimis cocti additur pani; qua de re, & eius etymo, vide Plutarchum lib. 4. ſymp. probl. 4. Socrates, vt ait Cic. Tuſcul. quæſt. cum vſque ad veſperam contentius ambularet; ab eoque eſſet quæſitum, cur id faceret: obſonare famem

am.

ambulando ſe dixit: Vbi, contentius, expone, i. concitatius; ac vehementius; non vt Nonius in verbo Contentum eſt interpretatus, pro perſeuerantius.

Obuijs curribus.] Vide curribus obuiis.

158 *Occurſus pedeſter amoris artifex*.] opportunitates plures parandi amicos, conciliandique amicitias præbet occurſus pedeſter, teſte Aug. de amicit. & Franciſco Picolomineo de amic. c. 7. grad. 7. mirum eſt, quàm obuiantium, ac mutuò ſe ſe reſpicientium accendatur animus: *ex occurſu*, inquit Ecclеſ. c. 18. 19. *hominis homo agnoſcitur*. ſic refert, ac legit Clem. Alex. Pedag. lib. 3. c. 3. Obuiam autem ire, vel occurrere officii ergò à Græcis dicitur: Hypapahte, ſeu Hypante notat Baronius Februar. 2. Martyrolog.

Alius mutuus occurſus fieri contigit inter eundum; qui Græcis dicitur Allitopia, Latinis Arietatio; quæ inter Bruta euenire aut nunquam, aut rarò ſolet: quia fortè non memorant; vel magis ab inerrante natura ſapienter ducuntur: R. Conſtan. in Lex. græcolat. & Budæus in epiſt.

1005 *Ocellos humeris.*) Hic attrimentum in veſtibus, alibi ornamentum oculus eſt: Alibi quidem ſigna, ſeu notas quaſdam veſtium acu, vel inſtrumento pectinis pictas, & intertextas, quaſi lumina, vt ſũt claui, ac ſcutulę; tàm Græci, quàm Latini oculos, ſeu ocellos dixere: Vnde Tertullian. lib. de pudic. cap. 8. deduxit oculari veſtes purpura; hoc eſt purpura, quaſi luminibus veſtes illuſtrari: Hinc Cæcilius Balbus apud Ioan. Sariſberienſem in

Polycratico, veſtem excæcare dixit; cum gemmas, quæ quodam modo oculi habentur ex ea auferri videret. Iacob. Durantius lib. 2. cap. 19. variarum refert.

287 *Oculatus Currus cryſtallis.*] ideſt feneſtratus, vnde cryſtallis appoſitis Vectores ſpectantes, ac ſpectati, nec vento, nec puluere læduntur: Veteres etiam curribus, ac lecticis ſpecularia adhibebant. Iuuenal. Saty. 4.

Qua vehitur clauſo latis ſpecularibus antro.

958 *Officÿs inanitatis.*] quas Aulicaſtri vocant Cærimonias, inanitatis dicuntur officia.

488 *Oeſtro laborat.*] oeſtum Græcis, Latinis Aſilus, Plinio Tabanus; Veſparum ſpecies, quibus iumenta valdè infeſtantur: metaphoricè accipitur pro mera, ac mira mentis agitatione, qua miſerè torquentur Aulici; ac pro diuino, vt vocant, furore, quo Vates afflari ſolent; ac velut quodam creduntur duci numine. aliter legitur æſtu.

49 *Onus non honor eſt.*] onus, iuxtà Frontonis ſententiam, vehiculorum eſt ſarcina hominum; quod vehi curru ſit onus ex narratis patet; quod autem non ſit honor, ſeu honorificum; iam liquet, cum paſſim, indiſcriminatimque vſurpetur. ex nimia enim frequentia, ac vſu, exoleſcit honoris reuerentia.

712 *Orbitam.*] Rotæ decurrentis impreſſum veſtigium; Veteribus non ignotum nomen; verbum verò exorbitare, ignotum; quod eſt extrà orbitam; & translatè extrà rem, propoſitumque incedere, vel agere: D. Auguſtinus lib. 9. de Ciu.

Dei

Dei, inquit, *quod exorbitat ex itinere ſapientiæ?* ideſt aberrat.

1101 *Oſtium reclude.*] in vtroque currus latere patet oſtiolum, quod vulgo Italico, *Portiera*, dicitur. Vide Reclude.

Oſculo ſalutare terram, quid ſit. Vide infra. Salutes.

P

81 PAlatum.] adeò abdomini, ac gulæ nonnulli indulgent, vt, quò lautius, ac gratius ſentiãt, guſtentque edulia, humores, quibus palatum, guſtus emporium, fortè inundatur; propemodum deriuent, in aliqua corporis parte impoſito Cauterio, palatum ab humorum profluuio liberent; illudque ad guſtus exactius acumen reducant: Nec eos abuti appetentia in cibis plebeis, ſordidiſque cenſeas; ſed lautioribus, ambroſiiſquè epulis infarciri ſatagunt: Edunt, vt vomant; vomuntquè vt edant: vt fuit Senecæ dictum: Sed quò iucundius, eò breuius: Non enim vitæ diuturnioris ſunt iſti fruges conſumere nati.

205 *Patientiam exercet, & crumenam.*) Aurigæ inſolentia exercet Domini patientiam, crumenam verò currus impenſa: ὑπομονὴ Græcis non ſolũ eſt patientia, qua non ſinè moleſtia toleramus mala; ſed etiam cum ſpe præmii patiens expectatio: Propterea, ſi vſpiam, in Aula neceſſaria virtus; alioquin magnum malum, inquit Dion, non poſſe ferre malum: refert Laertius lib. 4. cap. 7. Mar-

certat, ait Seneca, ſinè aduerſario virtus: *ſi quis enim*, vt idem Seneca lib. 3. de ira: *te lædit, ſi eſt imbecillior; parce illi, ſi potentior, tibi*. Nullum tam durum commercium, acerbumque malum, quod non concoquat patientia.

20 *Pallor*.) non ſemper malus color, ſtudioſorum comes aliquando eſt; vndè Martianus Capella lib. 1. philolog. vocat pallorem lucubrationum præmiũ: Inter mala, quæ ex aſſidua currus vectione contrahuntur, numeratur pallor, qui eſt euidẽs ſubducti caloris, ac coloris argumentũ; quod aut animi, aut corporis contigit ægritudine: Quibus autem naturalis eſt, aut quibus Cymini ſuffitu, vel eſu; ſicuti Portio Latroni inter dicendi Magiſtros claro, quò ſtudioſior videretur, eueniſſe narrat Plin. lib. 20. cap. 14. nec morbus eſt, nec morbi inditium: Quibus quotque modis quis in pallorem incidat; ſatis examinauimus, examinauimusque aduerſus Crocum. Elegia in Crocum.

852 *Pars, qua diſcrimus feris ab ipſis*.) cum id, quod eſſe dat, dici debeat totum potius, quàm pars; tamen ratione compoſiti, forma quoque dicitur pars, quæ ſanè pars tãquam præſtantior, melior appellatur à Symacho lib. 9. epiſt. 84. vbi Lucretius; à Seneca lib. 4. nat. quæſt. in præfat. dicitur pars, qua optimi ſumus; & hic non ſolum, qua diſcernimus à brutis; ſed etiam ſinè qua in vaſtam mentis ſolitudinem, ac deſertam peragramus: A cæteris animantibus, quæ Deus finxit, nos Dei ſingulari beneficio diſtinguimur, & ſecernimur, & pro-

& propterea hominem eſſe animal logicum non perperàm deſcribes; vt in noſtris colloquiis ſuſtinuimus.

Patrat.) patrare obſcœnum verbum: patratio enim eſt rei venereæ confectio, ſeu perfectio: vnde nomen Patris fluxiſſe putatur; quod completa patratione filium quis procreare poſſit. Cornutus Perſij interpres, eiuſque Præceptor, ac Iſodorus de orig. l. 1.

912 *Patronum, ſuũ cohors.*) non qui cauſas defendit, ſed qui beneficio exornat; hic dicitur Patronus, de cuius ſignificatu Cæſar lib. 1. de bello ciuili intelligendus eſt. Primus locus officii patri proximus Patrono debet eſſe.

407 *Patronus.*) potius à patrocinio, quàm à patre deſcendere patronum arbitrarer: Patroni nomine, Orator, Aduocatus, Procurator ex Aſconio Pædiano in Ciceronis Verrina comprenduntur: Orator pro Aduocato, l. 32. C. de ep. & cler. Apud Antiquos orare erat agere, vt ait Feſtus; & Iuretus notauit in Symacho lib. 7. ad epiſt. 87. Nonnumquam pro Legato ad Reges, ad Nationes mitti ſolito, cuius officium ſacroſanctum violare impium eſt; quod vel in medio belli furore incolume ſeruatur Alex. ab Alexand. lib. 5. cap. 3. Sed omiſſa quacunque Veterum acceptione; ita hi hodie differunt; quod Aduocatus iuxta Romani Fori ſtylũ calamo magis; Procurator in arenam veniens ore tenus, ac ſcripto ſuum peragunt munus: Hic facti ſpeciẽ indagando, ille illã ad iuris deciſionẽ adaptando. Ambo dignitate pares; vno eodẽq. patroni nomi-

nomine digni: Veritatis amatores eſſe debent. Nihil ornatius Aduocati officio; ſi purè, ac ſedulò impendatur. Caſſiod. li. 1. ep. 12. variar. Nõ ſe ad litigatoris ſtomachum, vt aduertit Quintil. lib. 12. c.9. componant; neque calamum, neque linguam ad maledicentiam acuant; ſed modeſta acrimonia pro veritate pugnent; alioquin à rabie, canũ morbo, Rabulæ, vel à raui Rauulæ indignum ſanè vndecumq. trahas, nomen ſortiuntur; quorũ canina facundia, & allatrandi ſtudium, vt cum Martiano Capella de nupt. philolog. loquar; forenſis iſta rabulatio cauſidicis fuit inhibita; & cohibita ab Imperatore Valentiniano in l. 6. Cod. Theod. de poſtulando.

738 *Pauperiem currus facit.*] damnum, ſeu iniuria illata à quadrupede, vel bipede animali pauperies dicitur toto titulo, ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur. Pro ipſa paupertate etiam accipitur, Hor. epiſt. 1.

Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.

Pedes proſtituere.] vide Proſtituit pedes.

1 *Pedeſter irem.*] Pedeſter, & pedes ità confunduntur; vt pedes pro pedeſtre; Pedeſter verò pro pedite, hoc eſt eo; qui pedibus in bello meret, numquam inueniatur: Pedeſter ire non eſt inaudita locutio. Martialis.

Abnuit in liquidis ire pedeſter aquis.

422 *Pedanti.*] auribus Italicis aliud ſonare; & pedagogium ſapere videtur, quàm ſe res habet: A pedo, das: quod eſt pedibus eo; venire ſcias. verbum vetuſtate obſoletum.

Pede

Digitized by Google

968 *Pede retorto.*] non eſt abſonum fluuio pedem dari. Virg. lib. 9. Aeneid.

... cunctatur & amnis.
Rauca ſonans, reuocatque pedem Tiberinus ab alto.

133 *Pedesque perges.)* quomodo Pedes à Pedeſtre differat; & confundatur ſuprà dictum: ſicut pedes qui pedibus; ſic eques, qui equo vehitur, dicitur: id in ambulando, quod in equitando diligentiæ adhibendum eſt: quare vtrinque illud facit dicterium: Equitandi peritus, ne cantet, qui enim res ſerias profitetur; in cantilenis, hoc eſt in nugis occupari non decet.

Quiſquis, & quantus quantus es, è curru, aliquandò deſiliendum; & ambulationi incumbendum: Maro, licet alia, quàm deambulandi cauſa: Turnum Rutulorum Regem facit peditem; nihilominus non abre noſtra canitur.

Diſilijt bijugis Turnus, pedes apparat ire.

832 *Pedibus ſalutem dicere.)* eſt in pedes ſe dare non abſona phraſis.

233 *Pediclus.*] ſyncopa pro pediculo; qui capiti, collo, armo, aliiſque corporis locis; quibus pili imprimis gigni ſolent; familiaris hoſpes: Græcis φθεὶρ, dicitur; inde *phthiriaſis*, morbus pedicularis: quo ſanè morbo plures periiſſe narrat Biſciola lib. 17. cap. 23. tomo primo, inter quos noſtra ætate Philippus II. Hiſpaniarum Rex: vide Textor. in officina, cuius carnes in pediculos fuiſſe conuerſas, vt etiam Plutarchus de Sylla in eius vita narrat; relatum eſt: in quem morbum in-

currunt,

currũt, qui varietate ciborũ delectãtur, minimèq. exercentur; munditiemque corporis plus æquo ſeruant: Vngari pediculis mirè ſcatent; non quia ſordidi, nec quia plus æquo mundi; ſed natura quadam; cæliuè vitio. coram quibus, inquiebat Iulius Camillus Delminius meus Conterraneus non eſſe tutum pedes vituperare; tanquam eorũ familiares, ac hoſpites: Vſu, ſeu eſu ficuum eos gigni teſte Auicenna, Cæl. Rodig. lib. 18. cap. 9. rationem refert Biſciola lib. 17. cap. 23. in fine tomo primo. In ſordidos videtur emanatum prouerbium. Platonis Pediculi. quem phthiſi perijſſe perhibent: abſtractis enim rebus incumbentem inſorduiſſe, indequè morbum incurriſſe.

803 *Perillus vritur.*] Athenienſis Faber Tauri ænei fabricator Phalaridi Tyranno, qui nouis tormentis delectabatur; Taurum noui tormenti genus dedit; à quo cum operis præmium poſtulaſſet; ipſum primum experiri iuſſit; qui hactenus crudelis, tunc iuſtus habitus: in eo enim incluſus ſuppoſito igne miſerabiliter combuſtus eſt: Plin. lib. 34. cap. 8. de quo Ouid.

Et Phaleris Tauro violenti membra Perilli
Torruit infelix; imbuit artis opus.

635 *Periſcelidem.*] Periſcelis tàm Græcis, quàm Latinis vſurpata dictio; variè tamen ab Interpretibus accepta: D. Hieronymo ad Fabiolam, Periſcelides ſunt Fœmoralia; Porphirioni in Horat. li. 1. epiſt. ad Scæuam; ornamenta cruralia; Cælio Rodigino, quem ſequor, lib. 4. cap. 11. ſunt, quę

vulgo

vulgò Italico *Gremialia* dicuntur;ad illud lineum, ſeu laneum, aut alutarium, quò Artifices; ne terant, aut inquinent veſtimenta, ſe præcingunt, vt ab aliis melioris ſortis Artificibus diſtinguantur; reſpeximus.

957 *Perunctus moribus Aulicis.*]ornatus Caſſiodor. lib. 12. cap. 15. variar. aeris puritate perunctas: Athænas vocat: Vnctus enim dicitur,qui vnguentis oblitus eſt: *profumato* Italicè.

Pes hebes.] vide Hebes pes.

11 *Pes latior.*] Itinerantibus latiores plantæ; quē admodū Baiulatoribus humeri; illis ex aſſidua itatione in latum dilatantur plantæ; his ex diutina ſub oneribus perſeuerantia ampliantur humeri, diuaricanturque crura: Pedibus latis, & robuſtis ad ſtatariam pugnam apti; vt Heluetii,& Germani. Camillus Baldus Apoſteleſem. 2. in Ariſtot. Phiſiogn.

179 *Pes quorſum.*] pedis officium eſt ambulare, vt patet,& notat Andreas Laurentius lib. 12. cap. 8. ſuo quidem nomine pes ſpoliatur; niſi egreſſus indè extaret: ab abſoleto verbo pedare, quod eſt ire, vt ſupra diximus, pedem deriuare dicendum eſt: Cui pes paruus, ſtrictus, & inarticulatus viſu iucundus magis,quàm ad vſum ambulandi aptus: Mollis et is videtur, inaudax, æſtus, & pulueris impatiens; contrà, cui pes eſt articulatus: ita Camillus Baldus in Ariſt. phiſiog. apoteleſm. 2. vide Quorſum pes.

177 *Pes nullo ſopore victus.*]adeò proprium eſt mu-

q nus

nus pedis ambulare;vt cæteris ſẽſibus ſopitis ſomno, pes vigilet, & ambulet, vt ambulonibus, quos noctambulos, noctiuagos, & lunaticos vocant: ſolet contingere; de quibus mira, & ſuprà, quàm credi, ac certa ratio reddi poſſit, narrantur: Statis quibuſdam Lunæ temporibus huiuſmodi morbo tentantur; vt ignari, ac propè inuiti è ſomno non tamen inſomnes ſurgant, & ambulent dormientes; vt refert Leuinus Lemnius lib. 2. cap. 5. de occult. naturæ mirac. & vbiquè locorum, ac gentium patet experientia: Theon Stoicus dormiens ambulaſſe traditur. teſte Diog Laert. Periclis etiam ſeruo hoc idem eueniſſe ferunt; ita, vt tecta domus dormiens conſcenderet; illud etiam mirum, ſi verum eſt; de quodam Agricola, quem dormientem Boues iunxiſſe, atque aratro, ſuperioribuſque annis accidiſſe narratur: De quodam Piſano tradit Bart. in l. vt vim, ad medium, ff. de iuſt. & iure; qui ſe noctu dormiens armabat; vagabaturquè per Vrbem cantando. Marianus in cap. ad audientiam, 10. quæſt: 5. teſtatur de Puella ſibi vicina; quæ dormiens è lecto ſurgebat; panẽquè conficiebat. De quodam mihi amico, & nuper ad Mitram euecto, quem tamen honoris cauſa taceo; ex ipſius narratione olim intellexi, è domo ſua armatum exiſſe, ſomno non ſolutum; in ſatellites, ſeu Vrbis vigiles incidiſſe, atque ex eorum manibus fuga euaſiſſe; inque ſuam domũ reuerſum reliquum ſomnum quietè peregiſſe; cuius rei cauſam ſcire qui optat: adeat Petrum

Aponenſem

Aponenſem cognomento Conciliatorem in problem. 30. cap. vlt. ac Cælium Rodigin. lib. 30. c. 9. Albertum Magnum lib. 2. de ſomno, & vigil. Apuleium in libello de Betonica, cuius vim eam eſſe narrat; vt animos hominum, & corporum nocturnis huiuſmodi ambulationibus, veneficiis, ac periculis defendat: refert Tiraquellus cauſa 5. nu. 11. de pœn. temp. adeas omnino Leuinum Lemnium cauſam tantæ rei eleganter aperientem vbi ſuprà.

450 *Peſtis curulis.*] non hic pro morbo, ſed pro dãno, malignitate, & iniuria accipitur; Vnde Demoſthenes ab Aeſchine peſtis Græciæ; & hic ab ipſo Demoſthene, peſtis communis dictus in oratione de Corona à Catullo ad Rufum, *noſtræ peſtis amicitiæ*, & ad eundem alibi *crudelis naſorum peſtis*: Camilla quoq. lib. 11. Aeneid. peſtis nuncupata: paſſim apud Authores peſtis metaphoricè vſurpatur.

225 *Pes factus tuus hoſpes eſt & hoſtis.*] vide in verbo Pediclus. Hominibus animal per quàm domeſticum; & eò grauior hoſtis, quia domeſticus: Nõ quia plures, quàm cætera inſecta, pedes habeat; ſed quia eos pedes miræ formæ, ac virtutis ſortitus eſt, pes dicitur. Quorſum pediculus à natura genitus, ſi quæras; ne, quemadmodum etiam in cæteris nullius ingenii animalculis, inquit Auerroes 12. metaph. 18. detur otium in natura: Q. verò Serenus in ſuo de medicinę libro; ad hoc genitos pediculos ait: vt à ſomno excitent homines;

cuiuſque incumbant: cuius opinio cõprobari poteſt in damnatis ad Triremes, qui huiuſmodi excitatorio opus habent: Huius animalculi effigies mirabilis; quod in vitrea pixide, quę res, vel minimas, re ipſa maiores repræſentat, incluſum cõtemplati, & admirati ſumus: Animal eſt cornutũ, ſenos pedes vtrinque ternos habens; os acuminatum; cornua, quæ bina ſunt, cutanea, mobilia, ac bifurcata; itidẽ pedes cutanei, ac bifurcati ſunt, quibus ſcilicet pedibus, cornibus, ac roſtro radit, rodit, lancinat, lacerat, ac vellicat perpetuò, donec homo vegetat; exanimem verò deſerit; ac negligit: Non ab re Ageſilaus Rex, dum Palladi rem diuinam faceret; pedeque morderetur; arreptum coram omnibus animal ſub vngue crepuit; ſicque occidere non erubuit: *Inſidiatorem*, inquiens, *etiam in ipſa ara confodiendum eſſe*, refert Plutarchus in Laconicis.

559 *e Pharo.*] Pharos Aegypti inſula, vbi eiuſdem nominis præcelſa Turris; ex qua lumen eò nauigantibus oſtendebatur; ne aberrarent à portu: vnde cætera huiuſmodi loca, Phari etiam num appellantur; & ea, qua ſuprà, cauſa, ignis appoſitus, propterea nomen, quia græcè lumen ſignat; Pharos dicitur, pro ſinu, vel portu, plerumque accipi ſolet.

327 *Pica.*] mulieribus vterum gerentibus, vt plurimum familiaris morbus, quo correptæ non appetenda appetunt; & à quadrageſimo poſt conceptum die laborant; ad ſecundum, ac tertium per-

durãt

durat menſem; in quarto quieſcit; Galeno, cui cæteri Medici ſubcinunt: Latinis morbus hic Malacia; Plinio Mollicies Græci κίττα; hoc eſt Pica; Cur autem? numquid, vt ait Paulus Aegineta genus huius nominis auium hoc malo frequentius corripiuntur? vel, vt alii cenſent, à varietate auis, morbus varius, & heteroclitus? Pro abſurdè, & improbè appetere Ariſtophanes in Veſpis, ac alibi vſus eſt κιττᾶν; hoc eſt pica laborare.

655 *Pietas.*] etiam cum præpoſitione, interiectio ponitur: vt Proh pietas: miſerentis eſt, & indignantis apud Quintilianum declamat. V. & blandientis apud Plautum. Bacch. 5. 2. verſ. 57.

241 *Pilo pares.*] iugales equos vnius, pariſquè coloris etiam apud Veteres fuiſse conſtat: Seneca epiſt. 87. Mulæ ſaginatæ, quas ad currum vſurpabant, vnius omnes coloris.

8 *Pitheci clunibus.*] græcè Pithecus, Latinè Simius: cuius ridiculæ animæ, inquit Galenus, ridiculum quoque corpus natura tribuit: Origenes Adamantius contra Celſum lib. 1. omnes animas, ait, habere ſibi congruentia, & accommodata corpora: Quod Simiam carere natibus ſcribat Ariſt. dicas non eas habere eminentes, ac toroſas, quales hominum; ſed habere latas, & ad ſedendum aptas Albertus Magnus aſserit. Dum Pithecus ſui ſpectaculum præbet; clunes depilatas, ac calloſas oſtendendo; impuri, & impudentis apud Veteres gerit ſymbolum; Pierius Valerianus ſcriptum reliquit lib. 6. Hierogliph. tanta ingenii docilitas

Digitized by Google

cilitas beſtiæ tribuitur, vt Aelianus refert, artem aurigandi ita addidiciſſe, vt vel ipſo homine melius aurigetur: In capſo ſedens trahit, ac relaxat habenas, bigaſquè verberat, ſiſtit, ac prout opus, ceſſim dat.

1011 *Planis.*] Planus dicitur impoſtor, ſicophanta, nebulo Cypriano i nplanator, qualem deſcribit in ſignem Horat. lib. 1. epiſt. 17. in fine. vox ortu Græca, vſu autem quoque Latina: priore correp. Græcis ſtat aliquando adiectiuè: vt in epigram. notat R. Conſtantinus πλανα δωρα, ideſt ſubdola munera.

e Plauſtro rubor exulat.] ad illud adagium alluſit. De plauſtro loqui. vbi omnia permittebantur; eò enim veteris Comædiæ libertas dicendi progreſſa eſt; vt non ſolum ciuitatum Primarios, ſatrapas; ſed etiam Deos ipſos conuitiis inceſſere liceret: vide Adagiographos.

Poma notare.] vide Natare.

376 *Popinam.*] non tutum, nec honeſtum in Popinam confugium; ſicut argutè, vt cætera omnia; dixit Diogenes Cynicus; qui cuidam ex diſcipulis, quem conſpexerat in interiores Cauponæ partes ſe proripientem; ne ab eo videretur: *Quò magis*, inquit, *ibi te abdideris, eò magis eris in Caupona*: Plutarchus in libello: Quomodo qui in virt. prof. vide infrà Tabernam.

377 *Popino.*] Popinæ deditus, Ganeo, Heluo, Lurco, ſimilibuſque titulis præditus; cui in popinas itare perplacet.

Por-

156 *Portionem maiorem.*] Homo cum ſit quiddam ex anima, & corpore compoſitum; maior pars compoſiti, & melior intelligenda eſt anima, quam multam partem vocaſſe videtur Horatius Ode vltima lib. 3.

Non omnis moriar, multaq. pars mei
Vitabit Libitinam.

Ouidius Metamorph.

Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis.
Aſtra ferar.

licèt pars hominis, ibi Fama quaſi rerum geſtarum anima intelligi poſſit; vt notat Iulius Cæſar Scaliger lib. 6. cap. 130. circa calcem de cauſis ling. lat.

87 Præcox canities.] vide Canities.

884 *Præcipiti ſe dedere fugæ.*] affabrè Seneca in Hyppol. currus præcipitium deſcribit.

In obſequentes protinus frænis equi
Rapuere currum, iamq. deerrantes via
Quacunque pauidos rapidus euexit furor:
Hac ire pergunt, ſeq. per ſcopulos agunt.

Plura precipitantis currus infortunia ſingulis quibuſcumque temporibus eueniſſe palam eſt. Herodes, ait Ioſeph lib. 14. cap. 25. de antiq. Iud. vnà cum matre dum veheretur, euerſo vehiculo; mater in mortis periculum adducta, parum affuit; quin moreretur; in manuſque hoſtium propter moram incideret. Octauio Auguſto Imperatore euenit, vt laxatis ſedis curulis compagibus caderet ſupinus. Suetonius in eius vita, cap. 43.

Cæſa

Cæſarem Dictatorem, narrat Plinius lib. 28. c. 2 poſt quemdam Vehiculi caſum, ſibi qui accidit, ſemper, vt primùm conſcediſſet, quod pleroſque alios etiam num, inquit, facere ſcimus, carmine ter repetito ſecuritatē itinerum aucupari ſolitum. Quod nam carmen illud fuerit mihi plurimum indaganti inuenire non licuit.

Sigiſmundus Seldius I. C. Caroli V. Conſiliarius, & Maximiani II. Procancellarius à Cæſare euocatus incitatis curſu equis, curru diſiliens, lapſu tam grauiter læſus, vt ibidem expirauerit anno Domini 1565.

Non poſſum, qui mea ætate, meq. plurimum tangentes caſus, huc, ſi libet, non referre.

Tuſculum Anno Domini M D C X X. Alexander Perettus Cardinalis Montaltus meus primus, ſupremuſque Dominus animi gratia ſeſe receperat: poſtridie, quàm eò peruenerat cum Franciſco Maria Cardinale à Monte, eius perpetuo conuectore, Alphonſo Fontanella Marchione; ac Ruſticuccio Commendatario Abbate Templum, ac Monaſterium, quod Patribus Capuccinis condiderat, viſendi gratia currum ſexiugum aſcenderat; vix è Tuſculo egreſſus, ſexiuges omnes in acerrimum curſum Aurigis incaſſum obluctantibus, vnanimiter ferebantur; Montalto è curru præproperè exilienti ſaltus prope mortalis extiterat; per ſeſquihoram, & amplius habebatur exanimis: interim currus contento curſu ad Monaſterium rectà aduolauit; cæteris in curſu

per-

permanentibus incolumitas, ac ſalus integra: Ab illa mentis alienatione, ob acceptã plagam, Montaltus euaſit: De cuius infortunio ex Epitaphio, quod meditabamur, intellecta Domini ſalute, in ſoterium perfuſi lætitia deuenimus.

Mons altus cadit; at Mons eſſe haud deſinit Altus;
Semper enim, donec Mons erit, Altus erit.

Cum eſſem Pataui, Caſus nõ ſinè lachrymis memorabilis Anno MDXCVI. proditur. Eliſabetta Pulcinica Comitiſſa Foroiulienſis vnius & viginti annorum ætatem agebat; cum è D. Auguſtini Tẽplo, quò pietatis cauſa contenderat, ſecus Medua ci amnis ripas domum Carpento cum ancillari comitatu reueheretur: Biiuges inopinatè in furorem acti; nec flagello, nec Aurigæ, nec reliqui pedeſtris ſeruitii clamoribus audiẽtes, ſe ſe in curſum, mox in fluuium præcipites dedere: Comitiſsa ſponſa maturum iam gerebat vterum, è curru iam iam ſubmerſuro, vt vt potuit, egreſsa; & collo vnius ex Ancillis enatare annitentis adhærens; veſtiũq. tumore ſubleuata ſuæ ſalutis, ac vteri ſpem dabat: ſed inclementis amnis vorticibus ab Ancillæ collo abrepta vocibus populi illuc confluxi incaſſum animum facientibus; nondum Matrisfamilias adepto nomine; & antè natiuitatem mortuo, materniſq. viſceribus ſepulto filio; vnà cum toto ancillari ſeruitio; ac Biiugibus parricidis ſubmerſa eſt perpetuò lachrymabilis: cui Epitaphium in tanti mœroris memoriam affiximus.

r *Anne*

An nè mori potuit, qui non egreſſus ab aluo?
Si natus non eſt: cur tamen interijt?

Aliud.

Non puer ex vtero emerſit, nec Mater ab amne;
Proh dolor; huic amnis tumba fit; illi vterus.

Non prætereundum, quod euentu fermè ſimili, fortunatiori tamen fato, Henrico Magno Gallorum Regi accidit ſuperioribus annis: Henricus vnà cum Regina à furentibus equis Carpento iunctis in Sequanam; propter quem animi cauſa vectabatur; delatus parum abfuit; quin Fluuij vorticibus vterque obrueretur: Diuina ope factum eſt; vt Rex enatarit; Reginaque emerſerit; ſiccatumque in proximiores ædes abierint; Carpentũ vnà cum Aurigis ſubmerſum ægrè audierunt: In fortunatum euentum, quod edidimus, carmen ſubiungendum curauimus.

Rex Henricus equis cum Coniuge fertur in amnẽ;
Suſtinuit Dominos Sequana; merſit equos.

Curruum, Carpentorumque vſus publico Regis edicto interdictus fuit: Vtinam edictum fuiſſet perpetuum; & Rex à Rheda perpetuò abſtinuiſſet; vtique extremum illud miſerabile fatum ab æmulis Regnatoribus præmeditatum in Rheda non fuiſſet perpetratum; tantique parricidij euaſiſſet periculũ. P. Matthæo Regio Hiſtoriographo teſte.

Hæc dum ſcriberem Romæ anno 1627. menſe Maio: Angelo Contareno ad Vrbanum Octauum Pont.

Pont. Max. Venetæ Reip. Oratori deſignato; ſexiuges, quibus vehebatur; ſemotis quibuſque Aurigarum retinaculis non longè ab Arimino, in fugam, & curſum præcipitem prorupiſſe intelleximus: è tanta currûs procella emergentibus, aliis brachium, vel genu luxatur; aliis facies ſugillatur; aut caput illiditur; aliis alia pars corporis colliditur; ſolus Angelus Orator, Angelico Numine illęſus euaſit: quod hoc Epigrammate teſtatum eſſe voluimus.

Se dedit in curſum præceps ſinè verbere currus,
Nec requies; donec fracta carina fuit.
Cui pes, cui latus illiſum, cui brachia, & ora;
Angelus Angelico Numine ſaluus adeſt.

Sub prælo noſtra hæc elucubratio premebatur; dum Anno Biſexto MDCXXXVI. Menſe Iulio Paulus Iordanus II. Vrſinus Bracciani Dux, vt Comitijs Ratisbonæ in Bauaria ineundis pro nouo (viuente, & annuente Ferdinando Imperatore) eligendo Cæſare intereſſe poſſet, abſque ſolito comitatu, & commeatu ignotè eò proficiſci adornaret; inque viam ingreſſus eſſet.

Solis ad occaſum Veſper cum frigidus æſtum Temperat: ad vigeſimum ab Vrbe Roma lapidem, in quodam viæ anfractu ſexiugus currus, Aurigarum imprudentia, euerſus eſt; omneſque in curru exiſtentes ſubuerſati; alterque in alterum colliſi ſunt: cui brachium tuſum, cui os commaculatum, cui tuber caput; omnes è maiori currus periculo

Digitized by Google

euaſerunt : propterea iter dilatum.

In Currus euerſi infortunium Epigram.

Non iter eſt tutum ; Bellum eſt, annuſque Biſextus
Perſtat adhuc varius ; flagrat & ore Leo :
Omnibus his maior ſiquidem obluctantibus Heros
Intendit tutò pergere poſſe viam :
At, poſtquàm via proſtrauit teterrima Currum;
Solus, qui potuit ſiſtere, Caſus adeſt :
Caſus ſiſtit iter; meliora in tempora differt,
Ac, niſi munita, non ſinit ire, via.

917 *Præire incipit ſatellitiũ.*] Satellitii nomine illi tãtum continentur; qui Parafrenarii gallicè appellãtur; honoris, & ordinis tuendi cauſa præcedũt. Nõ ſemper qui præit, ſed cui præitur aliquãdo honoratior eſt: vide Conſtan. Porphirogenitũ themate 4.

432 *Præſes Aulæ.*] Præfectus cubiculo; cuius officiũ à Franciſco Seſtino Forouibiano, vulgo *Bibiena*, rectè italicè deſcribitur : eò eas.

938 *Præſultor.*] Dux, Caput, qui ſcilicet equitatum; tamquam choreæ ductor, comitatum ducit.

631 *Primicerius Tabellionũ.*] idem eſt Primicerius, ac primus; in qua dictione, cereus non abundat; vt quidam cenſuerũt; nam dictus eſt Primicerius, qui primus in ſui ordinis catalogo, ſeu tabula cerea, more veteri inſcriptus eſt. Hinc Primicerius Notariorum in l. 1. & 2. C. de primicer. lib. 12. D. Stephanus Martyrum Primicerius, qui, & Protomartyr vocatur. vide Guidum Pancirolum lib. 1. cap. 85. Theſau. var.

Pro-

Digitized by Google

773 *Promiſcua gens.*] i. mixta ad inſtar farraginis cõfuſa; ſeu variorum piſciculorum mixtura, *Frittura* Italis: vbi abſque generis diſtinctione conuentus.

1074 *Prora.*] Aurigæ locus, qui ſupra ex Vitruuio, Capſus dicitur; è naui ad currum; & contrà, translatio; vt aduertit Muretus in Criticis libris c. 11. familiaris tropus.

1080 *Proretæ.*] Præfectus proræ; vt qui puppi gubernator dicitur: translatè pro Auriga, ſicut Auriga pro Nauclero: Plautus Ruden. 4. 1. *Si tu Proreta illi Naui es, ego gubernator ero.* Muretus in Criticis lib. 11.

1009 *Proſtituit pedes.*] eiuſdem eſt ſignificatus pedes proſtituere, cuius eſt apud Ouidium vocem, & faciem proſtituere, hoc eſt venale alienis impudicitiis corpus ſuum tradere: is muliebrium calciamentorum faſtus, ac luxus apud Clemen. Alexandrinum lib. 2. cap. 11. Pædag. in huius tẽporis homines tranſiſſe videtur; qui ex calceorum venuſtate; ac mollitie aſpectum prouocant; ac illa pedum motatione ſibi viam faciunt ad ſuam, ac ſpectantium pudicitiam proſternendam, atque proſtituendam.

629 *Proſpectum quoque rectius fuiſſet.*] olim, cum erat aliqua perſonarum diſtinctio; non cuilibet intrà Vrbem curru vti licebat: Nobiles, maioreſque Magiſtratus ſolum vehebantur, l. 1. C. de honor. vehicul. lib. 11. l. vnica, Cod. Theod. eodem titulo, nam curru vehi haud permiſſum erat, ne ſcilicet Conſulibus, aut Prætoribus æquarentur Tacitus 1. Annal. Qui in Senatum ped. bus

iter

iter facerent; Senatores pedanei dicebantur: Cæteri, qui ſella curuli veherentur, Curules, vt eſt apud Feneſtellam: licet aliter alij. Alexander Imperator fuit primus, qui conceſſit; vt intrà Vrbem argentatis carrucis Senatores vterentur, vt narrat Lampridius in Alex. Exiſtimabat enim intereſſe Romanæ dignitatis, vt ijs tantæ Vrbis Senatores vterentur. Poſteà Aurelianus Imperator etiam iis aliis, vt fit, pro imperantium libitu, permiſit: Vopiſcus in eius vita. *Dedit*, inquit, *poteſtatem, vt argentatas Priuati carrucas haberent, cum antea æratæ, & eboratæ fuiſſent:* Præfectus Prætorio, & Vrbi aurea Rheda ſoli vehebantur: ex Notitia vtiuſque Imperii lib. 2. cap. 2. conſtat: Alii Quadrigis, alii Bigis trahebantur d. l. vnica Cod. Theod. vide Pancirolum lib. 1. cap. 17. var. Superiori ætate, anno ſcilicet 1564. menſe Nouembrio in ſecreto Conſiſtorio, Pius Quartus Papa non ſolum quia carrucarum oſor erat; ſed quia, vt appareret aliqua dignitatis diſtinctio: ſtatuit; ne Cardinales ad actus publicos Rheda veherentur; ſed equitarent; & qui aliquo deſtinerentur impedimento, veherentur lectica.

113 *Pulmo fimbrias relaxat.*] Philoſophis pulmo, vt notat Andreas Laurentius in Hiſtoria anotomica lib. 9. cap. 12. cordis flabellum, & ventilabrũ nuncupatur: Cor enim ob continuos motus æſtu incandeſceret; niſi pulmonis opera, quaſi flabello quodam ventilando temperaretur: Pulmo quidem, quem Leuinus lib. 2. cap. 6. de occult.

nat.

nat. mir. ſub finem, ſpirandi follem appellat; ne curarũ nimia ſolicitudine quieti, vel deſidiæ plus æquo indulgendo contrahatur; & contabeſcat; ambulationibus dilatatur; ſuumque offitium hilarius perſoluit.

Cui contigit pulmo amplior, & capacior, eò vox virilior, & ad iter greſſus velocior: ibidem idem Leuinus.

283 *Puluillis, ſtragulisque comptus.*] Delicatæ, delicioſæq. Rhedæ deſcriptio; quam geniali lecto cõparat; qui apud veteres Romanos nouę Nuptę in atrio omni gemmarum apparatu ſternebatur; vt commodius ſederent, puluinos etiam adhibebant, Cic. in epiſt. afferre iuſſit puluinos; vt omnes in ſuis ſederent ſedibus: In curru lectos penſiles ad molliorem ſedem adhibuiſſe Veteres ex Seruio in 8. Aeneidos habes: Inter ſericos puluillos iacere amant; Horat. Epod. apud Hiſpanos hunc eundem morem adhuc vigere teſtatur ibidẽ vbi ſupra, Ludouicus Cerda; Iuuenal. Satyr. 1. Plumas penſiles vocat huiuſmodi puluillos; quos & Ceruicalia tàm decumbentibus, quàm ſedentibus ſupponi ſolita dicimus ex Biſciol. lib. 11. cap. 19. tom. 1.

1072 *Puppi temo ſequens.*] poſterior pars currus translatè Puppis dicitur.

182 *Purpura nec placeret ipſa.*] tanti ſit libertas, vt præferatur etiam purpurę; Inſigne Regię dignitatis vocat purpuram Tertull. cap. 8. de Idol. Pro quocumque Principe, qui purpuram induit, intelligas;

ligas: cuius vſus priuatis planè interdictus, l. 1. C. quæ res vendi poteſt, l. temperent, 4. Cod. de veſt. holoſer. lib. 11.

Purpureis curribus.] vide Curribus purpureis.

120 *Purpura quos venuſtat.*] non tàm de Purpuratis vniuerſalis Eccleſiæ Principibus; quàm de quibuſuis aliis Primatibus intellige; cuius vſum Priuatis interdictum ab Imperatore illius purpuræ; quæ è Conchis exprimitur; non illius, quæ è Cocco fit: Coccus autem frutex Ilicis ſpecies paruis exiſtens ramis, folio aculeato, granum fert lenticulæ inſtar; cuius ſucco tinguntur lanæ, & fiunt purpureæ: Mauritani hunc fruticem Quermes vocant, indè nobis Quermeſinus, ſeu Chermeſinus color; qui multum differt à vera purpura; quam Priuatis interdixit Imperator. Vide Carolum Stephanum in Sylua ex Dioſcoride.

815 *Pyxis.*] de Pyxide nautica, vide quæ ſuprà diximus in verbo Magnes; cuius vſus nauigantibus perneceſſarius: & Pyxidis huiuſmodi inuentum ab Anno Domini MCCC. ſinè controuerſia Flauio Gioiæ Amalphitano meritò tribuitur.

Q

469 Q*Vadrigis.*] Camillus ob rerum geſtarum magnitudinem ab Adulatoribus inflatus, curru, quattuor albicantibus equis iuncto Ioui ſoli dicari ſolito, inuectus triumphum duxit; nullo priorum, vel ſequentium Imperatorum exem-

exemplò; damnatus, atque Ardeam relegatus· Plutarch. in Camillo: & Liuio teſtibus.

633 *Quem dicere nolo.*] magis dicit, quam ſi diceret: Quis tantæ frontis, tantiq́ue oris, vt abſq́ue modeſtiæ, & epithimiæ, hoc eſt, exiſtiſtimationis iactura valeat deſcribendo nominare; quem vitiis, ac flagitiis coopertum, nullius indolis, nulliusq́ue frugis ad id nudius tertius, perueniſſe non ſine ſtomacho, ac Nemeſi inſpeximus; vt Domus, ac Domini præſultor, ac præſtigiator factus præſtantioribus, & optimè meritis prorſus indormierit. O colles, ò montes cadite ſuper nos: ò vtinam; ſed reprimo.

300 *Quernam ſcutellam.*] metonymicè intellige: vide infrà ſcutellam.

850 *Quid boni hic meditaris.*] inter alia Pythagoræ ſymbola à Plutarcho in libello de Iſide, & Oſiride illud: *E curru non comedendum*, relatum eſt: non tamen quid ſub huiuſmodi inuolucro ſenſerit Philoſophus, explicatum, nec ab aliis, quod legerim, ad rem interpretatum. Num dicendum, ſicut cibus corpori propter currus agitationem haud prodeſſe valet; ſic animo ſcientiæ, quæ animi cibus eſt; inter ſtrepitus currus non rectè, ſatisq́ue facere poteſt?

Quidam nomine.] Hæc dictio; Quidã; cum aliquem contẽptim, ac iniurioſè appellare volumus, vſurpari ſolet; qua Plautus vſus eſt in Amphitr. 1. 1. *Olet homo quidam malo ſuo.* ita Græcis quoque *Goſaraſimos*, ideſt quidam homo. Pari modo

ſ dictio,

dictio, Aliquis, à Tertull. in Apolog. cap. 12. vſurpatur contemptim. *Eſtis, qui Senecam aliquem repudiaſtis*. Hic autem aliquo modo temperatur dictio, *Quidam*, dum dictum *cuiuſdam omni nomine digni à* Plutarcho in apoteph. Lacon. refertur, quod recenſetur. *Quidam*, verba ſunt Plutarchi. *Cum homines in Curribus ſedentis viderit: Abſit, inquit, vt ibi ſedeam, vnde ſeniori ſurgere non licet.*

123 *Quirinum viſere.*] Vnus è ſeptem Collibus à Quirino, eiuſque fano Quirinus collis, & Quirinalis dictus. Imperatoris Conſtantini tẽpore nõ ob Alexandri Magni, vt ferebatur Bucephalũ ibidem ſaxo à Praxitele poſitum, ſed vt modò legitur emendatè: dici cœpit Mons Caballus, vulgò *Montecauallo:* vbi Palatium, & Sacellum Pontificium, ob aëris temperiem Summis Pontificibus æſtiuo tempore conſtituta Sedes; Aulicuſque confluxus commodior.

873 *Quirites ſuſpicaces.*] cum fuerint, ac ſint Romani, dicti Quirites à Curibus Sabinorum Vrbe, omnium rerum gnari; in eos ſuſpitio minimè cadere poteſt. vide ſuſpicaces.

288 *Quo non eſt thalamus, thorusque ſponſæ.*] eò peruentum eſt, vt in exornandis tàm curribus, quàm equis ſponſarum luxum, earumque thalamos, ac lectos ſuperent: Beatus Baſilius in Homil. ad eos, qui ſtudio tenentur diſcendi: Plurimum eos damnat, qui equos, veluti ſponſas, exornant: Noſtri verò temporis viri Principes, qui pedum propè vſum amiſiſſe ob aſſiduam vectationem videntur,

curru

curru penſili, ac plumato, equis vehi nõ contẽti, ſpeculari ſella, ceruice humana geſtari malunt, ac, ſi dijs placet, ſtrato curru cubantes ventilari. His Traianus Imperator tanquam modeſtiæ ſpeculum apponatur; vt quantum eorum procacitatis faſtus ab humilitatis diſtet gloria, contemplentur: Imperatori, vt in panegyrico ad ipſum refert Plinius; manebat, quæ prior, humanitas, atque, vt prius, incedebat pedibus.

179 *Quorſum pes.*] humani ædificii baſis pes eſt; Pedes hominis principium; caput autem finem; quod iis potiſſimum regeretur corpus, vocabat Pythagoras; vt in eius vita Porphyrius: Abſque pedibus animal, inutile, nulliusque ſpei, cuius originatio, quam dat Iſodorus, non diſplicet; inquit ille, ſpes à pede, quo progreditur; atque indè deſperatio appellatur; quia deeſt pes, & facultas ad progrediendum: vide Biſciol. lib. 17. cap. 4. tomo primo.

1053 *Quomodo cohors ſequenda.*] prætermiſſa huius gręcanici nominis (cohors) tam quoad rei militaris, quàm ad rei ruſticę vſum varia acceptione; pro quocumque etiam hominum ſodalitio; Aulicorumuè conſortio, quin accipiatur; nemo ſanus repugnet, ex Sueton. in Galba. *Gratiſſimus Claudio, receptuſque in cohortem amicorum magnæ dignitatis eſt;* & ex Tibull. eleg. 1. lib. 1. *O vtinam memores tuque cohorſque mei.*

Quot, ac quibus modis in cohorte, ſiuè Aula ſe gerat Tyro; legendus Dutii libellus, Arte Auli-

ca inſcriptus, Italicè, non quidem ineruditè, nec inexpertè loquens.

R

683 *REbellem.*] Morbus dicitur rebellis; cũ ſanatus denuò infeſtat, ac deſæuit; recidiuus ſolet appellari; aliquandò priore peior, ac periculoſior.

1102 *Reclude.*] Latinis verbum; quibus eſt aperire; hic contrarii, inuſitatiq́ue eſt ſignificatus; pro iterum claudere; quo ſenſu Tertullianus, Caſſianus, Cyprianus, & alii; quos recenſet Ludouicus Cerda in Aduerſ. ſacris cap. 16. num. 5. Nec abſurdum, nec à Latinorum penu excludendum verbum huiuſmodi ſignificatus Paulus Diaconus lib. 4. cap. 3. de geſtis Longobardorum. *Guidulphus ſe in inſula recluſit* inquit; apud I.C. eſt eiuſdem notæ Galu. in lex.

Reflua cortina.] vide Cortinæ.

281 *Remoræ inſtar retardat axem.*] comparatio non diſpar: Piſcem, quem Græci Echenidem dicunt; ſemipedalem eſſe, Torpedini ſimilem; in inferiore parte planum, in ſuperiori repandum, in gibbumq́. vergentem; totum exoſſum; ac mollem; minimèque edulem; tantæ verò virtutis eſſe, vt Carinis adhæreſcens à curſu nauigia compeſcat: Plinius, præter alios, lib. 9. cap. 25. latius lib. 32. cap. 1. teſtatur: Nauim pleniſſimis velis curſum tenentem ſubitò remoratam ob Remoram, ab Vrinatore inuentam eq́ue carina diuulſam, Nauim velut ſo-

lutam

Digitized by Google

lutam vinculis curſum proſequutam fuiſſe feliciter Leuinus Lemnius refert: Cuius rei mirabilis cauſã Plutarch.lib.2.q.7.ſimpoſi. Hieron.Fracaſtor. c.8. de ſimpath. quæritant;ſed acu rem haud tetigere: Latini Remoram appellarunt.Plin.d.c.quo ſuprà : Vndè Plautus in Trinummo.Remoram facere,pro morari, ſeu tardare poſuit; & ante ipſum Lucilius ſatyricus.vide Torpedo.

810 *Repedant.*] repedare eſt reuerti,viam ſcilicet pedibus metiendo; antiquum, ac penè antiquatum verbum; Lucilio, & aliis vſurpatum.

426 *Repulſam grauem.*] ſordidam appellat Horat. lib. 3.od.2. & turpem lib. 1. epiſt. 1. Liberis ſanè hominibus crux,ac mors eſt,pudori inimica; indigentibus autem minimè timenda; porrò pudore abſterſis meliora ſuccedere teſtatur Cirenæus Vates; vt ſuprà in Notarū initio diximus: Cato,vt in præfatione Plinius,repulſis,tanquam honoribus adeptis gaudebat: Hinc Marius illi Arpinas repulſis non deterrebatur; quin idem,vel aliud iterum peteret : vt habet Plutarchus in Rom. apoteph. ſæpè quidem audentibus accidit, vt fortuna eos deſerat, ac deſtituat: *Sæpè*, inquit Plinius, *perfricaui frontem,nec tamen profeci.* Audendum non tamē temerè: Caueat Aulicus ad Principē adeūtes repellere; ſuo .n. Principi iniurius eſt: qui non admittit adeuntium deſideria: Pōpeius Magnus à Cic.miro huius affabilitatis præconio extollitur, & Traianus Imperator à Plinio in paneg.admiſſionis facilitate commendatur; A I.C.velut officium neceſſarium

in

in Proconſule, & Præſide depoſcitur; vt omnium deſideria audiant; & in adeundo ſe faciles præbeant, l. nec quicquam, §. obſeruare, ff. de offic. proconſ. & leg.

164 *Retrocedit.*] ambæ primæ ſyllabæ corripi, ac produci, patent exempla.

360 *Retroceſſus.*] Sicut itus pro inceſſu apud Sueton. in Tib. cap. 38. ſic pro ſeceſſu, retroceſſus. vide R. Conſtant. in ſuppl. l. I.

41 *Rhedamalamus.*] tantum eſſe ſibi domi refert Author; & ſtudio ſuo adiectum, vt currus impenſas ferre, & ſeruitium tolerare poſſet; ſed non tam ſanitatis, quàm ſecuritatis cauſa malle pedibus mereri: *Magnum Rhedæ impedimentum* vocat Cic. pro Milone.

475 *Rhedæ quatuor rotarum.*] Rheda, iuxta Quintilianum, vocabulum gallicum: pleriſque incertũ, an Birotis, vel Quadrirotis fuerit Hadriano Iunio in Nomencl. qui licet in quibuſdam aliis nunquã, vel raro; in hoc tamen planè cæcutit: Rhedam expediti curriculi genus à Ciſio, quod eſt birotũ, non differre viſum eſt: Ioanni autem Fungero, & aliis nobilioris cenſus Authoribus vehiculũ Quadrirotum planè conſtat. Propterea pleonaſmi non arguendus Author; qui propter opinionum conflictum, Rhedam quattuor rotarum dixit.

1097 *è Rheda citò.*] Illud Pythagoræ ſymbolum huc plurimum facit; è Rheda iunctis pedibus non exiliendum; hoc eſt, interpretante Plutarcho, ac referente Lilio Giraldo de Pythag. ſymbolis: ſaltu,

in

Digitized by Google

in quo ſis, in alium, niſi ſenſim, tranſeundum; indicat.

516 *Rheda communis.*] vide Communis Rheda.

426 *Rictus aduncos.*] tam beluis, à ringo, enim quod eſt proprium canum, deriuatur; quàm hominibus rictus communis; & eſt illa oris, ſeu vultus pro vario animi motu, ad hilaritatem, mæſtitiam, iracundiam demonſtratio; & rictus, vulgò Italico, *Moſtaccio*, ſolet formari, ac diuerſimodè effingi.

900 *Rixa à rebus minimis in alta ſerpit.*] Gnoma ſingularis: iræ occaſio amputanda: *Miſera*, inquit Iuuenal, Satyr. 3. *præſcinde proœmia rixæ*; ne in omnium miſeriarum Cataſtrophem præcipites: Senecæ lib. 2. cap. 34. de ira, ſententia vtique tenenda; *Ira abſtinendum*, inquit, *ſiuè par eſt, qui laceſſendus eſt, ſiuè ſuperior, ſiuè inferior: Nam, cum pari contendere, anceps eſt; cum ſuperiore, furioſum; cum inferiore ſordidum*: illa de Iambo pede conſideratio huc plurimum facit; qui à breui orſus deſinit in longũ; ita etiã iniuria, ſeu rixa, ex leuioribus initiis exit in graues tragædias; Suid. & Homer. de rixa, quæ primũ exigua eſt; mox ſeſe extollit in auras: Oriri bellũ, & diſſidiũ ex rebus modicis patent exempla: Perſicum pomum, narrat Aelian. var. hiſt. lib. 12. cap. 13. cauſam præbuiſſe diſſidio Meandrii Samii cum Athenienſibus; Thebanos cum Romanis occiſi canis prætextu pugnaſſe refert Andreas Alciatus parerg. lib. 11. cap. 2. in fine.

442 *Roma luteſcit Auſtro.*] Vrbs Roma, ſi qua

alia

alia, ſlante Auſtro, ſordida; vndè Lutetia Quiritum à luto, ſic vocatur. vide ſuprà Lutetiam Quiritum.

470 *Romanæ Aulæ tenor ſequendus.*] hoc eſt in Politicis præceptum: Gentibus, apud quas quis diuertitur, vel ablegatur; gratum, beneuolumque ſe reddere; earumdemque loquelæ, veſtimentis, curribus, cæteriſque moribus rectis, honeſtiſque inſtitutis adaptari, & accommodari iuxta illud famigeratum.

Cum fueris Romæ Romano viuito more,
Cum fueris alibi viuito ſicut ibi.

Menandri quoque illud eſt; *valdè ſe accommodari Ciuitati Peregrinos decet*: Hinc Traiani Imperatoris meritò celebratur humanitas; qui non tàm Romæ, quã per Prouincias omnibus ſe æqualẽ exhibebat; vehiculis eorum, & veſtibus vtens; nulli grauis, charus omnibus Plin. in Panegyr.

747 *Romanum ſolum luxuriat.*] adeò fæcundum ſolum; vt abſque alio lætaminis vbere decem, & amplius pro ſingulis reddat modios; rarò grandini, rubigini, aliiſque cæli iniuriis ſubiacet; eſt tamen ea hominum induſtria; vt eorum inertià herbeſcat, ac horridè ſylueſcat.

707 *Rore aſpergit luteo parum modeſtè.*] plenus ironiæ ſermo, de quacunque re liquida dicitur Ros; penes Virgil. lib. 12. pater, & alios. licet ros dictus, quia rarior, vt placet Iſodoro, quàm pluuia, aut alia humida aeris impreſſio, tamen lutum quoque, quod ſordidum eſt, roris nomine ironicè

cè capi poteſt: Currui perinde, ac eſſet virtutis capax, modeſtiam tribuit: figura metonymia eſt: Aurigarum immodeſtiam, petulantiamq. taxat.

411 *Rota ad tribunal.*] Auditorium Rotę Romanę incontaminatum, ac ſacroſanctum Tribunal, in quo totius Chriſtiani Orbis controuerſiæ examinantur, ac terminantur: Auditores olim vagi erant, à Sixto Quarto Papa ad duodenarium numerum redacti, ab aliis Summis Pontificibus eorum electio partim variis Chriſtianitatis Nationibus, ac Regnis indulta; partim ſibi reſeruata, cæterorumque omnium laudata approbatio. Primò Magiſtri, à magiſtrare antiquo, obſoletoque verbo, quod eſt regere, iuxtà Feſtum, dicti ſunt; mox Capellani; quia in Capella, ſeù Sacello pontificio ius, loco Papæ, reddebant: Deinde Sacri Palatii, demum Rotæ Auditores non priuatiuè; nam & Magiſtri, & Capellani, & Sacri Palatii Auditores, etiam num appellantur.

Nemini, niſi ſibi ipſis referunt, & pronuntiant. Innocent. cap. quoniam, de probat. Cæteri Auditores Pedanei, niſi commiſſa fuerit definitio, referunt committenti, ſeu deleganti.

Quare autem à Rota fuerint cognominati; ſcias non quia, vt quidam perperàm ſuſpicati ſunt; ſententias; quas nonniſi maturo conſilio; ac iudicio ferunt; rotent, ſeu præcipitent; ſed vel quia, vt olim ſapientes Areopagitæ; ad menſam orbicularem, quam Græci τρόχον: Latini Rotam vertunt;

vt Adrian. Turneb. lib. 18. cap. 27. aduerſ. notat; ipſius Solis globum vocat Rotam Lucan. lib. 5.

Nam neque tum curui ſolis Rota lumine longo.

Alex. Aphrod. probl. 2. vocat Diſcum: *Dum Luna*, inquit, *cum minor ſit Sole, totum eius Diſcum oſcurare nequit*: Vide lib. 8. cap. 13. vel quia, & fortaſſe non procul à ſcopo collimatur; Rota metaphoricè pro iudicio vſurpatur apud Perſium ſatyr. 3. vbi Scholiaſtes Cornutus.

--- & acri Fingendus ſine fine Rota.

978 *Ruboris expers.*] Turpium rerum metus, ingenuaque quædam timiditas eſt pudor; ex quo ortum ducit rubor; à Diogene Cynico, Virtutis color appellatus.

Rubor exulat, pudorque.] Pudor veſti ſimilis, quæ quis tegitur, & exornatur; qua detrita, vel ſublata; iniuriis, ſibiliſque quibuſuis ſubiicitur; ac paruipenditur: Hinc Apuleius in Apolog. *Pudor*, inquit, *veluti veſtis, quanto obſolentior eſt, tanto iniurioſior habetur.*

369 *Rutilo lemniſco diſtinctas Bigas.*] inter alia insignia, eſt Bigarum rubricatus lemniſcus: ſi quid domi, militięvè humanitùs contigerit; non decet luctus cauſa, phæum, vel alium colorem mæroris indicem induere, Bigaſque alio lemniſco, quàm rubro, incedere: ne in eorum barbaros mores incurrant, qui tempore luctus in ſignum mæſtitiæ etiam equos, & mulos omnes detondebant: vt de Perſis notat Herodotus lib. 9. & Plutarchus in vita Alex. qui ob Hephęſtionis obitum pro luctus argu-

argumento omnium equorum, mulorumque iubas detondere iuſſit: & ad leniendum dolorem bello vſus: ad hominum venationem exiuit: crudelitatis pharmacum.

S

860 *SAbbatariorum cœtus.*] ob ſuperſtitioſam Sabbati obſeruantiam Iudæi dicti ſunt Sabbatharij à Martiale, & alijs.

911 *Sacella ſacra.*] vulgò Capellam Pontificiam vocant.

973 *Sagulum Togæ.*] Sagum, chlamis militaris, belli index eſt; vndè illud Ciceronis Philipp. 6. ſumere ſagum, ire ad ſaga; in ſagis eſſe; hoc eſt ad bellũ ſe accingere, in armis eſſe, ad bellum ire; quo dicendi modò, & ſignificatũ ſæpè vſus eſt Paterculus lib 2. ſagulum quoque pro Armis; & Toga pro litteris hìc accipitur. Vtrum armis litteræ præcedant; antiqua nondum terminata controuerſia eſt; quiſque ſuas tuetur partes.

1069 *Saliuum recoquus.*] ſaliua, & ſputum hoc differunt; vt eſt apud Medicos opinio: quod ſaliua ab ore abſque tuſſi reiicitur; ſputum verò cum tuſſi excernitur: Hieron. Mercurial. lib. 3. cap. 13. de excrement. Nemo eſt, qui non ſaliuet, ac deſpuet; vnde, qui dixit hominem eſſe animal deſpuens, minus arguendus, quàm qui animal implume protulit; meritò ab illo Cynico deriſus: explumato Gallo in ſcholæ medium proiecto, exprobrauit,

inquiens; *Ecce veſtri Platonis homo.*

Soli quidem homini proprium eſt ſaliuam facere; illamque expuere: nihilque aliud eſt expuere, quàm adductis inter ſe labiis ſaliuam, vel quid aliud explodere; quod eſt cum ſono reiicere; Actus huiuſmodi omnino cęteris animantibus expunctus: Quare, ſi deſpuere negligas; deſpuendumuè reuoces, periculum eſt, ne tibi illud contingat, quod olim ſuprimenti crepitũ: Ex collecta enim illa, & recocta pituita non niſi ægritudinum ſeges expectanda: Pituita in thoracem præcipitata ſæpenumerò ſuppuratur; & hydropis periculũ minatur: Mercurial. vbi ſuprà ex Hippocrate, & Galeno.

Licet frequenter expuere apud Perſas ignominiæ loco habitum eſſe narret Xenoph. in primo Pædiæ Cyri: vel quia plus cibi foret ſumptum; vel quia nullis corporis exercitationibus indultum argumentarentur; nihilominus reſpuere præſtat; quàm intrudere huiuſmodi ſputamen: Ianum rudis Antiquitas ſaliuis præfecit; quòd ad ſaliuas explodendas vtramque pateſaceret ianuam; vt refert Diuus Auguſtinus lib. 7. cap 8 de Ciuitate Dei: De ſaliuæ humanæ vſu, vide Plinium lib. 28. cap. 2. & 4. vbi inter alia, inquit, ſaliua poſt aurem digito relata ſolicitudinem animi propitiat, hoc eſt mitigat: & Leuinum quoque videto lib. 2. cap. 44. de natur. occult. miracul. In India ſunt, qui nec expuunt, nec capitis dolore, nec dentium, nec oculorum affi-

ciun,

ciuntur. Plinius lib. 7. cap. 3. vbi præter alia, narrat: homines in iuuentute caneſcere, in ſenio nigreſcere.

189 *Saltuatim.*] id eſt per ſaltus; ſiuè intelligas ipſum ſaltandi actum, ſiuè locum incultum, ſyluiſque oppletum: Gellius lib. 3. cap. 4. vbi ſingulis cruribus ſaltuatim currentes appellat; id eſt vno crure ſaltando; vulgo Italico *à piè zoppo*. Quid verò ſit apud eundem lib. 13. cap. 15. Saltuatim ſcribere, vel loqui, nil aliud eſſe; quàm interpolatè, nulloque ſeruatò ſcribendi, ſeù dicendi ordine arbitror.

887 *Saltus minus fidus.*] tam aſcendendo, quàm deſcendendo fit ſaltus: vtriuſque modi habes exẽpla penes Virg. lib. 12.

--- *ſaltuque ſuperbus*
Emicat in curru, & manibus molitur habenas;
& alibi:
Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluuium dedit.

Saltus ſic fatalis erit.] Nonnus Poeta Græcus Panopoli ortus lib. 39. de moriente Delphino; vt è Græco habet translatio: ſemimortuus ſaltabat ſaltus, & choreas fatales: & infrà. appellat ſaltationes exitij.

837 *Salutem dicere pedibus.*] vide pedibus.

382 *Salute dicta.*] varius ſalutandi mos apud varias gentes mirus eſt, vt eſt videre in tractatu de ſalutatione, quem molimur: vide interim hic. Aperi Caput. Durum ſalutantem,

non

Digitized by Google

non reſalutari; vel, quod peius eſt, frigidè ſalutari; teſte Gellio; vel, quod peſſimũ eſt; valdèque inciuile operto capite; nutu ſalutari. *Quis*, inquit Plautus; *hic eſt qui operto capite Aeſculapium ſalutat*?

365 *Salutigeros.*] quos & ſalutigerulos Plautus in Aulul. vocat; & ij ſunt, qui iuſſu Domini ſalutant, & reſalutant; qui etiam Nuncij, & Renuncii dicuntur.

446 *Salutes natibus vel oſculo Tellurem.*] à nemine, tàm Veterum, quàm Recentiorum, quod ſciam, huiuſmodi phraſis vſurpata: ſalutare natibus Tellurem; pro retrorſum vel ſupinè cadere; oſculo autem eamdem ſalutare, pronè eſt procidere: Ioanni cognomine Gallo, Sigiſmundi Tertii Poloniæ Regis Archiatro non tam prompti, quàm elegantis latini ſermonis conſulto contigit; vt, dum vnà per Vrbem admiranda Vrbis veſtigia, integraque ipſius corpora contemplando deambularemus, inter loquendum ad Coruini Macellum inopinatè (vdum enim, ac ſubſtillum erat) ſupinus ceciderit: totoque tergore tellurem ſalutauerit; in proximum Myropolium ſe recipiens pallium luto, nõ autem faciem pudore abſterſit: oculatè Romæ inambulandum fore didicit.

416 *Sapientiæ Magiſter ab ambulando dictus.*] eſt Peripateticorum Principis Ariſtotelis periphraſis.

862 *Sapientia videris non ſinè ſibilis per Vrbem.*] Romani publici Gymnaſij titulus, Sapientia: Vnde tanquam ex Agone litterario, præter alias diſciplinas, ad iuris vtriuſque præmia promouentur; Do-

cto-

ctoratusque inſignia conſequuntur; Circiter Lotharij Auguſti Imperatoris tempora anno ſalutis 850. introductum fuiſſe conſtat; vt primo in iuris ſcientia ad Doctoratus dignitatem promotio, Magiſtrique nomine decorarentur Laureati. Romanas leges, quas in vnum redegit Sacratiſſimus Imperator Iuſtinianus; in ſcholis publicè tractari, docerique mandauit Lotharius prælibatus: Quod inſtitutum cæterarum facultatum Profeſſores æmulati ad Iuriſprudentum exemplum ſequi cæperũt, & ſcholas publicas aperire; priuilegiisque eorumdem gaudere: vide Beatum Rhennatum in annot. ad Tertullian. adi, quæ ſupra in verbo Laureata, diximus.

249 *Sarraco prius aſſueſcat.*] Plauſtri genus obſtrepens, quo ligna, & cœmenta vehi ſolent: Equi prius, quàm Rhedæ iungantur, huiuſmodi ſarraco cicurantur; & trepidatio, hæſitantia, inaneſq. pauores, ac conſternationes, Græcis πανικα tolluntur.

917 *Satellitium incipit præire.*] Pedites ad equos, & ad currum, quos ab equis Palliferos appellant Galli; Pallifernerios Itali, vt notat Turnebus in Cicerone de fato: quod ſanè ſatellitium modò ad faſtum potius, quàm ad modeſtiam paſcitur.

Famulitium verò Aulicos ſignat, quos honeſtiori vocabulo Familiares, quàm famulos nuncupat Spartianus.

746 *Saturant.*] Colum. lib. 2. cap. 19. & ſeq. lætamine ſaturari agros dixit Palladius lib. 5. tit. 1.

Februario

Februario menſe, ſi macra ſunt prata, ſparſo lætamine ſaturentur.

221 *Scalpis caput digito.*] non vitio, quo molles notantur; vt habet in eos prouerbium; ſed ob pediculorum vrticam, ac vredinem caput, reliquaſque corporis partes ſcalpunt.

1007 *Scapularis accubatus.*] graphicè hic refertur tumidi, ac ſuperbi cuiuſdam accubatus in ſcapulas, reſupinatumque pectus.

1067 *Screatus.*] non ſolum nauſeam; ſed moleſtiæ non parum ſcreator gignit, maximè qui ampullas proiicit, vel excreat: Hinc ſenes ob frequentes ſcreatus ab immodeſta Adoleſcentia Chremetes iniurioſè vocitantur; aliiſque infelicibus onerantur titulis.

300 *Scutellam quernam.*] eſſe circinatæ rotunditatis vaſculum omnes norunt: quam in Tuſcul. quæſt. Cicero ſcutellam vocat; Martialis ſcutulam.

Sic implet gabatas, paropſideſque
Et leues ſcutulas, cauaſque lances.

metonymicè hic cape ſcutellam, ideò quernam; quia olim glandibus veſcebantur, qui balanophagi dicti: Ferinum propè pabulum, ſed magis ferinum eſt; miti cibo commoſtrato; Cererem ſemouiſſe, vt ait Apuleius lib. 1. de Aſino: ſuo tempore Plinius lib. 16. apud Hiſpanos glandem fuiſſe in delicijs adeò, vt bellariorum vice ſecundis menſis apponeretur: Cibus Romanorum primus erat fraga, & glandes; vt ſcriptum reliquit Plinius lib. 18. cap. 7. & 8. Far fuiſſe ex Iuuenale Saty. 13. in Saturniæ

ætatis

ætatis deſcriptione apparet; à Criticis non eſſe contrarietatem diſſolutam miror.

12 *Sedes obeſat nates*] vt in ſellulariis eſt videre; vnde autem id contingat, vide quæ ab Ariſt. ſect. 5. probl. 24. & ſect. 6. problem. 1. dicta ſunt.

13 *Sedem vitiat ſedile.*] præterquàm quod aluum ſedile aſtringat, vt labor, & alia, quæ recenſet Cornel. Celſus lib. 1. cap. 3. è diuturna, & aſſidua maximè ſeſſione curuli melancholicus affectus; quo litterati ſæpius tentantur; ſolet facilius colligi; ſedemque lancinare: atque ita infeſtat, vt, niſi Hæmorroidum benefitio diſgregetur, & extrudatur; ſi ſurſum ad cerebrum fertur, in maniam, ſin in alias corporis partes, in furunculos, in ſcabiem, aliquãdo in pſoram, & impetiginem abeat: vide Iacobum Hollerium in Hippocra. Aphoriſ. 11. & 12. Cor. Celſ. Q. Serenum.

14 *Sedendo ecquis euaſit ſapiens?*] contra videtur illud Philoſophi phyſic. 7. tex. 20. animam ſedendo ſapientiorem fieri: & illud M. Varronis lib. 1. cap. 11. Romanus ſedendo vincit; non abſimile ab illo T. Liuij de bello maced. lib. 1. de Sulpitio Conſule. Reſponde vtrinque verum, ibi penes Philoſophũ, & reliquos alios, ſedere eſt ab omnibus animi perturbationibus quieſcere: anima enim ꝙ recipit, non recipit cũ motu; ſed per ſeparationem à motu, & rebus mobilibus: vnde rectum emanaſſe iudicium; & Romanos patientia ſæpius viciſſe habetur.

Hic verò ſedere in curru non eſt pro illo cor-

poris habitu, ſeù animæ munere quieſcere; ſed ignauiæ, ac deſidiæ ſe ſe tradere; vt apud Maronem lib. 12.

——— *Sedeant, ſpectentque Latini.*

hoc eſt otiari.

1058 *Sedes locanda ſedi.*] Locus, in quo ſedemus, non minus dicitur ſedes, quam pars illa corporis, qua ſedetur: & à ſedendi officio appellatur ſedes.

960 *Sedile primum, vel vltimum.*] Quis in Rheda locus primus, & vltimus ſit; valdè conſiderandum; ne tibi illud contingat; quod olim non habenti veſtem nuptialem: Rhedæ Dominum inter pares tanquam in domo ſua vltimum ſedere decet, ac cætera amico deferre.

907 *Sedere eſt dapibus Syracuſanis.*] Verſiculus iſte totus paræmiam ſpirat, à nemine, quod legerim, in hunc ſenſum vſurpatus; vt in eos dicatur, qui cum in magno periculo verſentur; ab ignaris habeantur felices: Ad illud vulgatum alluditur, quod Cicero in 5. Tuſcul. quæſt. de Democle refert cum Dionyſium Syracuſanum Tyrannum planè beatum prædicaret;

Tyrannus ſuam hanc beatitatem a Democle guſtari, & experiri voluit: Menſæ exquiſitiſsimis epulis; apparatuque propè regio inſtructæ accumbere iuſsus Democles; in accumbentis ceruicem è lacunari ſeta equina fulgentiſsimus gladius clam appenſus imminebat: Quantum ſibi periculi impenderet, vbi ſuſpexit; mærere, ac tędere cæpit; ac tam beatus amplius eſse noluit: Huius felicita-

tis,

tis, quam Democles dabat Dionyſio, ſpecimen iſtius modi exhibitum fuit.

Quotus quiſque eſt, qui deauratis, ac pompaticis Rhedis vectus, ambitioſoque præcinctus ſatellitio, non habeatur beatus? varijs autem ſollicitudinibus anxius, & rei familiaris oppreſſus anguſtijs non impalleſcit, ſuſpirat, ac velut alter Democles ad dapes Syracuſanas ſedens, in caput ſuum imminentem ruinam ſuſpiciens non contremiſcit, ac contabeſcit?

765 *Sedimenta.*] à ſido, dis; quod eſt deorſum feror; venit ſedimentum; &, quicquid è liquidis vt olei, vini, vrinæ ad fundum tendit; id. dicitur; quod à Columella Craſſamentum; elegantius, & ſignificantius à Plinio lib. 36. cap. 10. ſedimentum, quod inundationibus Tiberis fieri ſolet.

612 *Segetem non laborat tellus.*] Seges tam pro agro, quàm pro frugibus accipitur. Tibull. 4. eleg. 1.

Non frugem ſegetes præbent, nec pabula terræ.
& alibi.

Non ſeges eludat meſſem fallacibus herbis.
vide Tellus.

632 *Senecta viridis.*] Qualem Symachus lib. 9. epiſt. 79. Amico exoptat. *Dij te*, inquit, *ob meritum dovent largo ætatis excurſu ita, vt ſenectus nihil decoquat firmitatis.* Vulgatiſſimum illud à Seneca lib. 2. cap. 33. de ira relatum de illo, qui in Aula ſenectutem rem raram quomodo eſſet conſecutus, interrogatus reſpondit; *iniurias accipiendo, & gratias agendo*. Sed Volcatius gratias Cæ-

ſari agere noluit, vt dicit Cic. *lib.*4. *epiſt.*3. Hic vbi nunc viridis iuuentę; alia erat lectio viridis ſenectæ.

55 *Senex nemo amat vocari.*] Ad ſenium peruenire nemo nõ deſiderat; nemo tamen, vbi peruenit perueniſſe gloriatur, qui ſenium abſque ſenii malo vult; carnẽ abſque mantiſsa, quod rarò eſt, vult: Vnus eſt locus, quo quis ſe ſenem non recuſat; & eſt, cum cæteris præferri ambit; inter enim conditione æquales is ſemper præferendus; qui ſenior; iuxta illud vulgatum axioma: qui prior tempore, potior eſt: Vndè, cum ſit apud omnes gentes ſenis nomen venerabile, in conuitium trahatur; quæri ſolet; quod etiam in morem fuiſse apud veteres apparet ex Perſio ſat. 1.

Ter vetulę auriculis alienis colligis eſcas?

Num quia, vt plurimum, ſenes delirantes ſunt; extibiatique, eaque propter contemptibiles? Non annorum ſeries; ſed morum grauitas reddit venerabilem, ac laudabilem: Mala ætas dicitur ſenectus Nonio Marcello; vbi ſenium pro tædio, ac odio accipi, quodque ſenes omnibus odio ſint, docet, & probat.

In dubio autem ſemper laudanda ſenectus: Hinc Alexander Cardinalis Ludouiſius, qui poſtea Gregorius Papa XV. fuit nuncupatus; ſolatus Amicum; qui ab Illo ſenis appellationem non æquo animo ferre videbatur: Ne doleas, ſatis feſtiuè dixit: Senis nomen honoratum eſt conuitium: In alium ſenſum Diuus Hieronymus in epiſt. ad Pamachium, & Oceanum appellaſse

vide-

videtur honorificam contumeliam ; cum ſub laudabilibus verborum phaleris habet conuitium : venerandæ ſanè ſenectutis fructus ſunt, ſalutatio, aſsurectio, deductio, reductio, atque cum ſenibus conſultatio: huiuſmodi honores ſenectuti exhibendos eſse, Gellius lib. 2. Valer. Max. lib. 2. & plerique alii teſtantur. Vide Venerabilis.

59 *Senectus rota præcipiti.*] è Seneca in Hercule furenti.

Rota præcipiti voluitur ætas.

Humanæ vitæ periodus adeò incerta, & varia; vt quilibet, cum in quacunque ætate moritur; mori ſenex dicatur: iuxta Boethium; nec vnum, vel idē conſtitutum eſt vnicuique ſenectutis initium, nec finis: Quibuſdam enim citius, quibuſdam ſerius rotatur ſenectus: ſæpè fit, vt intemperans, & effrænis adoleſcentia corpus effætum, decoctumque ſenectuti tradat: vel potius ſibi intempeſtiuum ſeniū prouocet: *Aetas ſeptennos continet annos; vnde Medici vetant duas ætates habenti; id eſt annos 14. nato venam incidi; quòd adhuc ſanguine egeat.* Suidas in verbo γενεα.

Hinc quadripartita hominis ætas quattuor anni temporibus, tanquam quatuor rotis ſolet cōparari.

1 *Adoleſcentia* ——— Veri à primo anno vſque ad vigeſimum primum.

2 *Iuuentus* ——— Aeſtati à 21. vſque ad 42.

Huc vſque aſcenſus, hinc deſcenſus ſequitur.

3 *Virilitas* ——— Autumno. à 42. vſq; ad 63.

4 *Senectus* ——— Hiemi, à 63. vſque ad 84.

Poſthac

Poſt hac mortui ambulant; & ambulantes arbores dicuntur. Marci 8. Ariſt. polit. & lib. 2. cap.14. Reth. ad Theod. vigere corpus ait à 30. vſque ad 35. animam verò vſque ad 49. quod & ante ipſum Hippocrat. extremam hominis ætatem terminari, anno 49. tradidit: ſicut autem quodlibet anni tempus tres partes habet, ſic vnaquæque ætas tres gradus, ſeu partes; quarum prima viridis, ſecunda adulta, tertia præceps; vt ex Seruio notauimus in illud quinto Aeneidos.

Eurialus forma inſignis, viridique iuuenta;

& illud alterum de Charonte.

——— *Sed cruda Deo, viridiſque ſenectus.*

Annus Hebdomadarius, ideſt ſeptimus ſemper portendit aliquid graue, iuxta Firmicum lib. 8. Aſtron.

1 Adoleſcentiæ primus gradus ab exortu vſque ad ſeptennium, ſecundus à ſeptennio vſque ad 14. à 14. vſque ad 21.

2 Iuuentutis gradus primus incipit à 21. vſque ad 28. à 28. vſque ad 35. præceps, ſeu vltimus à 35. vſque ad 42.

Hucuſque ætas graditur; deindè retrocedit.

3 Virilitatis gradus primus à 42. vſque ad 49. ſecundus à 49. vſque ad 56. præceps à 56. ad 63.

4 Senectutis gradus primus à 63. vſque ad 70. ſecundus à 70. vſque ad 77. præceps vſque ad 84. Qui ſenectutis gradus adeò lubrici; vt vix diſtingui, minuſque confici valeant; vltrà quos labor, & dolor; quinimo citrà quos labor, & dolor perpetuus.

Annus

Annus ſexageſimus tertius vitæ noſtræ inſidiator, ab Aegyptijs Androgas eò dictus, quod omnem vitæ ſubſtantiam frangat, atque debilitet. Iul. Firm. Aſtro. lib. 4. cap. 14.

112 *Serenat vultum ambulatio aperta.*] ſerenitas eſt paſſionũ vacuitas Latinis, Grecis eſt Απάθεια: etiam ſi vultibus hilaritatem inducat ambulatio; oculis gaudium pariat, lumenque clarificet, ac concilier; tamen quibus corpora ſunt cacoſtomacha: hoc eſt malis humoribus repleta, cum ſalis aliquo grano eſt habenda: Humores enim, veluti canes cum dormiunt non ſunt temerè irritandi; in reliquum ſalubre corpus facilè labuntur; ægritudinesque conuehunt: Galen. lib. 3. Aphoriſ. com. 20. Auicen. 3. prima Fen. refert Pictorius dial. 3. de tuenda valetud.

192 *Seruitus inſita.*] Seruitus; vt in adagijs habet Iunius ex Dionyſij Longini dicto; eſt animę gloſſocomium, ideſt linguæ marſupium, ſeũ vinculum, quo liberè; & plenis, vt aiunt, buccis animi ſui ſenſum expromere quis non valet: Ipſa animalia; quibus abeſt ratio; & naturâ ſeruitus ineſt; gaudent ſua libertate; ne dum ij, quibus à Deo libertas conceſſa, & dominatio: ſiquidem hominibus, quos Deus liberos fecit; & dominandi donauit poteſtate; libertas charior, & precioſior iure eſſe debet: Hinc Imperator Iuſtinianus omnes homines liberos ex Vlpiani in l. 4. de iuſt. & iure; ſententia pronuntiauit: Inueni, ait Tertull. aduerſus Marcionem lib. 1. liberum, & ſui arbitrij, ſuæque poteſtatis hominem

minem à Deo inſtitutum : Ad aliud reſpexit Ariſtoteles Polit. primo tex. 53. dum quoſdam natura liberos, quoſdam ſeruos conſtituit : Quomodo concilianda antinomia non eſt locus; ſed adeas Rodulphum Coclenium in Conciliatore Philoſophico, & Biſciolam dilucidius terminantem lib. 8. cap. 7. tom. 1. per totum.

538 *Sibi.*] pro ipſi : olim veteribus familiaris ; licet recentioribus inſolens dictio; ab ipſo tamen Cicerone vſurpata lib. 4. ad Att. *Vix tamen ſibi de mea voluntate conceſſum eſt:* idem 11. Philipp. & Seneca ad Albin. vt refert Aluarus de reciprocis : vide Ianum Gulielmium in verbo, ſuus. in Antiquario : & ante ipſum Auſonium Popmam lib. 2. de vſu antiquæ locutionis : Budæum in comment. linguę Gręcæ.

508 *Siccis curribus.*] vide curribus ſiccis.

949 *Sicyonios.*] ſupple calceos ; calciamenti venuſti genus non tantum, vt vult Heſychius ad mulieres; ſed ad elegantioris cultus homines pertinens : facit Cicero 1. de Orat. vbi ſicyoniis calceis ſe nolle vti, dixit Socrates, non quia muliebres, ſed quia non viriles, ideſt non ad viri decorem, ſed ad Adoleſcētium elegantiam, & leuitatem pertineāt: Lucretius in quarto tanquam leue, ac molle calciamentum notat.

Languent offitia, atque ægrotat fama vacillans;
Vnguenta, & pulchra in pedibus ſicyonia rident.

21 *Silentium triſte*] Vnde ſilentium inter morbos? ſilentium illud, quod virtute prouenit; laudabilę

ſem-

ſemper; Deo proximum eum facit Cato, ſeu quis alius vulgati carminis Author; qui ſcit ratione tacere; ſeruile autem ſilentium, quod inuitis labiis ſeruatur; mœroris eſt initium; & ad inſaniam procliue: *Vt enim gladius vſu ſplendeſcit,* inquit Apuleius Florid. 3. *ſitu rubiginat, ita vox in vagina ſilentij condita, diuturno tempore hebetatur; deſuetudo pigritiam, pigritia veternum parit:* Aulicis, qui inſtar Hermæ adſtant Dominis, nihil loqui fas eſt; in curru minus; hinc mœror, hinc pallor, cæterorumque morborum ſeries: vide Athæneum lib. 5. Lucianum de conſcrib. hiſt. T. Liuius lib. 1. *Silentium*, inquit, *triſte, & tacita mœſtitia iſta defixit omnium animos, vt præ metu obliti eſſent.*

468 *Singulare nomen fuge.*] vitij, non virtutis nomen ſingularitas; non numquam etiam virtutis eſt, in contrarium accepiſſe videtur Cicero contra Rullum de lege agraria, *Dum*, inquit, *ſingularis homo vix facilem ſe ſe continet, niſi magna ſapientia præditus:* Qui à communi vſu viuendi, hominumque conſuetudine recedit; & foro, quod aiunt, vti neſcit: Singularem dicimus; minimè moribus Aulicis idoneum; qui ſuæ ſpontis, & ceruicis eſt; ad familiare commercium, & conuictum difficilis: Perpaucorum hominum homo à Terentio; communi planè ſenſu carens ab Horatio appellatur, lib. primo, ſatyr. 3.

[illegible] *communi planè ſenſu caret, inquimus.* Communis ſenſus accipitur pro ciuilitate, hoc eſt inter ſocios quædam, iuris æquabilitate, grata vir

tus benè moratis ciuibus; ſed ijs, qui ſibi maiores, quàm priuatum ciuem decet, honores arrogant; parum grata: vt Cæſari Dictatori perpetuo; de quo Lucanus in Pharſal.

Conceſſa pudet ire via, ciuemque videri.

A Sacro Pſalte pſal. 79. ſingularis dicitur ferus; licet aliò trahatur ab alijs: Huiuſmodi ſingularitas Græcis μωνοσις, omninò fugienda eſt, & ab Aulis eliminanda: Moribus quotidianis, qui ab honeſtate non recedunt, nos, velut Lesbia regula, applicari, & accommodari debemus, & vt D. Paulus, omnibus omnia fieri: ſingulares Cicero ad Atticum bonos ſanè viros, non bonos tamen ciues appellat: Illaudatos, minimè imitandos Mæcænatis mores, Seneca epiſt. 114. dicit ſingulares, & lib. 4. epiſt. 18. de benef. *Fac nos,* inquit, *ſingulares, quid ſumus? viliſsimus, & facillimus ſanguis.*

379 *Siſtendi officium.*] mos currum ſiſtendi honoris gratia, non quidem paſſim vſitatus; nec cuilibet huiuſmodi cultus præſtandus: In more, & obſeruantia apud veteres fuiſſe Plinius in Paneg. ad Traianum teſtatus eſt; ibi: *Liberum eſt ingredienti per publicum Principi ſubſiſtere, occurrere, comitari, præterire:* Non ſolum ſiſtere, ſed deſcendere, ſi in curru, vel equo, tenebantur: Pompeius Magnus Tigranem Regẽ ſibi equo deſcendere per Lictorẽ iuſſit: Dio lib. 36. Non mulieres, nec qui cũ eis in curru erant, deſcendebant; vt eſt apud Feſtum. *Viri,* inquit, *ſedentes cum Mulieribus in*

vehi-

vehiculo, deſcendere non cogebantur: Nec hodie currum ſiſtere, vxoris priuilegio, videmus: Fabius Pater olim Filio Conſuli propter Imperij maieſtatem de via cedit equo deſiliens; T. Liuio, Plutarcho, Valerio Maximo teſtibus: vide Apuleium Florid. lib. 3. vbi graphicè, & ſingillatim; & Lipſium in Amph. & Elect. vbi quàm rectè hic, opportunius alibi dicetur.

671 *Sobrinus.*] Conſanguinitatis huius nomina, ac gradus variantur à Grammaticis; ac confunduntur; maior conſtantia, ac conſenſio apud Iuriſconſultos: Duobus ex fratribus progeniti dicuntur Patrueles; è fratribus, & ſororibus; Amitini; è duabus ſororibus Cõſobrini; à Conſobrinis Sobrini; è Sobrinis autem nati nullum proprium nomen audiunt; Proximi tantum nomine appellantur: nonnumquam ſobrini pro conſobrinis; & hi pro illis cõfunduntur: Cuiaci. Oinotom. & alii ex l. 10. ff. de grad. obſeruarunt, & l. 1. ff. eod.

54 *Sociabiles pedeſtres.*] facilius ſocietas initur inter Pedeſtres; frequentius occurrit inter eos conuerſatio, ac commertium. vide occurſus.

615 *Sodales.*] dictos vult Feſtus, quod vnà ſederent; quod eſt Amicorum; & eſſent, hoc eſt, vt interpretatur Beroaldus; ſimul ederent: vndè de Iuda illo apud Diuum Matthæum legitur cap. 26. ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει, id eſt ſodalis ad quid ades? non tam amicum, quàm ſodalem appellans, qui & vnà ſedebat, & edebat: ſodalium nomine hic intellige, qui ſunt eiuſdem ſodalitij, ſeu collegij;

 qui-

quique eadem vtuntur menſa , quales erant tam apud veteres , Cic. lib. de ſeneƈt. quàm apud nos ſunt Religioſi, Tertull. lib. 2. ad Vxorem.

859 *Sodalitatis fructus.*] vltrò citròq. ſincera rerum communicatio , mutuum in neceſſitatibus auxilium; vt ſi vnus ceciderit , vt habet Eccleſiaſtes cap. 4. ab altero fulciatur ; confabulatio,conuiuium , ſine conuicio ; & quod caput eſt , conſortij humani ſolatium , benè viuere, vt rectè ille dixit.

Amici,dum viuimus,viuamus.

680 *Sol tibi caput roborat.*] adeundus eſt Cornelius Celſus lib. 1. cap. 2. vbi imbecillo ſtomacho laborantibus;quo in numero ſunt magna pars Vrbanorum , omneſque penè cupidi litterarum , inter remedia , quæ ibi recenſentur ; eſt ambulatio,ſub diuo melior,quàm in porticu ; melior , ſi caput patitur , in ſole,quàm in vmbra : In aprico ſpaciari maximè delectantur ſenes , quos apricos vocat Perſius ſaty. 5. Cucurbitino autem capiti , vel hibernus , ne dum æſtiuus Romanus Sol , infenſus : Sole,& ſale corporibus humanis nihil vtilius ait Plin. lib. 31. cap. 9. vbi corpora Piſcatorum appellat cornea : Spurinam narrat alter Plinius lib. 3. epiſt. in Sole,ſi caret vento, nudum ſui curandi cauſa ambulaſſe ; vnde Perſius ſaty. 4. de Apricatione.

Et aſſiduo curata cuticula Sole

qua quidem inſolatione, ſiue apricatione Zeno apud Laertium plurimum gaudebat;ad quam Martial. lib. 10. epigr. 12. amicum adhortatur.

I precor

I precor, & totos auida cute combibe ſoles.
Temperatus Solis calor omnium morborum antidotum, quare Sol Græcis Alexicacus meritò dictus; vt ſupra tetigimus; Apollo dator.

857 *Solitudo miſeranda.*] Solitudo mors ignauis, ac male feriatis; eruditis vita, & ſolatium: Vita melior, inquit Tertull. de pallio cap. 5. in receſſu, quã in promptu: Pyrrhus deprenſus ſolus, ac ſecum loquens; rogatus quid ibi ſolus ageret, Meditor, reſpondit, eſſe probus: Laertius lib. 9. cap. 11. hoc ex philoſophia emolumenti cæpiſſe Anthiſtenes dicebat; quod mecum, ait, & loqui, & viuere valeam: Eleganter, &, vt ſolet, ſapienter Seneca de Tranquill. anim. *Alternandæ ſunt*, inquit, *ſolitudo, & frequentia; illa nobis faciet hominum deſiderium; hæc noſtri; & erit altera alterius remedium; odium turbæ ſanabit ſolitudo; tædium ſolitudinis turba.* Miſer eſt propè, qui caret Symacho, hoc eſt adiutore, commilitone, vel fautore: Socrates, ne ſolus eſſet, numquam Athænas egreſſus, humanæ naturæ ſolitudo planè aduerſatur; Non ob aliam cauſam inſania Paganorum Deos plures inuenit; quàm quia beatam ſolitudinem nullam poſſe reperiri putabant, id tamen dicas, quod perfectum eſt; ſocio, aut comite non indigere: ſed hic, quia nihil perfectum, non datur ſolitudo vndequaque contenta: Hinc illud Pythagoricum: in ſolitudine ſinè baculo non ambulandum, id eſt, vt Plutarchus eſt interpretatus, cum Amicis ambulandum, conferendum, & conſulendum; quæ ſanè interpretatio cum ipſo

ipſo ſymbolo pugnare videtur: non enim ſolitudo, vbi Amici, nec, vbi ſolitudo Amici: Secus ego interpretandum arbitrarer. In ſolitudine ſcilicet ambulandum non ſine baculo; hoc eſt ſapientia Aduerſari, vt dixi, humanæ naturæ ſolitudinem differit, ac probat Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 188. artic. 8. vbi eruditè illud Ariſtot. Politic. 1. Solitarius aut Deus, aut beſtia, explanat: ſi quis, inquit, amat ſolitudinem, tanquam humani conſortij impatiens; feris ſimilis eſt; ſin totus diuinarum rerum contemplationi vacat; fit diuinus, Deique imitator.

356 *Soluere currum.*] à nauibus translatum; quæ dum diſcedunt; dicuntur, ſoluere: In ſumma omnium, quæ de naui, eadem de curru; & è conuerſò; apta, & vſitata translatio.

202 *Solum equo deeſt.*] inferior pedis pars eſt ſolum; & pro ſolea, vt hic, ſeu calceo ferreo; quo induuntur, calceanturuè equi, accipitur; vtriuſque ſignificatus paſſim patent exempla.

848 *Solus ſi veheris.*] ſicut vox ſola, quæ abſque alia inſtrumentorum ſymphonia, & hæc eadem ſola, abſque voce alia auditur, dicitur aſſa, Feſto, & Nonio teſtibus: locus etiam, in quo ſudatur tantũ, non autem lauatur, aſſus appellatur, quam aſſam ſudationem dicit Celſus: ſic currus in quo quis ſolus abſque ſocio, & famulitio vehitur; aſſus dici poteſt: Ciceroni lib. 12. epiſt. 4. ad Atticum, Sol aſſus dicitur, quod abſque alio vrat, ac propemodum aſſet, abſque ſcilicet unctione.

Sonat

Digitized by Google

916 .. *Sonat diſceſſum.*] ſonare nihil aliud eſt, quàm ſignificare : vt Aulici conueniant ad comitatum, & ad aulicam, vt in epiſtolis vocat Budæus, apparituram : vide Nola.

483 *Sordes non faciunt ad imperantem Aulam.*] Symmachus lib. 4. epiſt. 61. ad rem mirè facit: *Scis pro tua*, inquit, *prudentia Magnæ Vrbis Magiſtratibus anguſtos animos non conuenire*; *hoc etiam Tullius tuus præcepit*; *luxum in priuatis negotijs arguens*; *in publicis magnificentiam probans.*

64 *Specillis oculus ſolet tueri.*] vera, & probata ſimilitudo : ſpecilla ſunt ocelli vitrei, quibus qui minus vident, vt clarius, ac longius videant, vtuntur: ſerius autem, quàm fieri poſſit, illis aſſueſcas; ne illis deſtitutus, antè tempus prorſus cæcutire incipias : Conſpicillorum vſus recens, an vetus ſit, non dum mihi lucet. Plauti locus ad ſpecilla noſtratia non facere videtur rectius inſpicienti : A ſpecio, quod eſt video, obſoleto verbo deductum ſpecillum; ab hoc eodem etymo ſpecillum chirurgicum inſtrumentum, quo ad explorandum vulnerum progreſsum, & altitudinem vtuntur.

486 *Spes non alit.*] Ouid. epiſt. 11. Heroid. ſolatur, dum canit.

Spes bona dat vires, animum quoque ſpes bona firmat.
Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Aulicorum auribus illud ſemper intonatum : *Fortè cras erit melius*, & illud alterum T. Liuii :

Non

Non dum omnium dierum ſol occidit. Pindarus ſpem vocat ſenum altricem; qua quidem ſpe philotimus, ſeù ambitioſus æquè, ac Chymiſta, vel ipſo Creſo ſe ditiorem facit, à quo malo liberet nos Deus.

Expedit, inquiebat Iul. Cęſar apud Plutarchum *ſemel mori, quàm aſſidua ſpe, & expectatione pendere:* ſpem aeream appellat Arnobius lib. 11. ſcilicet caſſam, & inanem; qua Aulici paſci ſolent; nihil mirum, ſi ventum ſemper ſpirant, ſemperque eſuriunt.

84 *Spiritus pars bona.*] pro anima aliquando ſpiritus accipi non negatur; non tamen hic ita accipiendum intelligas, vt ipſam animam ex cauterio euaneſcere inferas: quem ad modum Chorus in Troade apud Senecam cecinit.

Vt Calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit, ſpacium per breue ſordidus;
Sic hic, quo regimur, ſpiritus effluit.

Apage hanc Tragedi cantilenam cum ſuis Stoicis idem impiè ſuccinentibus; qui ſpiritum, animæ, & corporis vinculum, quo diſſoluto, ſtatim eiuſdem animæ, & corporis ſequi diuortium; hoc eſt mortem ipſam exiſtimabant; vt refert Martinus Delrius vbi ſupra in Senecæ commento.

Iuxtà Medicorum ſententiam accipe ſpiritus vocabulum pro exhalatione quadam benigni ſanguinis. Galen. in 6. de vſu partium, &, vt eruditiſſimus Andreas Laurentius lib. 6. quæſt. 22. Anato. explicat eſſe ſpiritum corpus tenuiſſimum perpetuò

tuo mobile ex ſanguine, & vapore genitum; facultatum animæ vehiculum; cauſam amiſſionis ſenſus, refert Galen. lib. 7. de placitis. Hyppocrat. & Plato ad copioſam ſpiritus animalis effuſionem; cuius ſpiritus acceptione etiam Cicero de natura Deorum vſus eſt: *Sanguis per venas in totum corpus diffunditur; & ſpiritus per arterias:* Contra quoſdam Criticos, qui huius ſignificatus ſpiritum apud Veteres non reperiri pertinaciter contendunt allegatus Ciceronis locus militat; & contumaces redarguit, ac proterit:

1073 *Spondæ vtrique adeſt periculum.*] in vtroque Rhedæ latere ad lecti ſimilitudinem ſponda dicitur: quæ interior, ac exterior tàm lecti, quàm currus; & quæ dignior dicatur; nec non qui, quævè interius cubare intelligatur. Vide Interpretes Suet. in Cæſare cap. 49.

3 *Strata pateret haud inepta.*] ſubdubitat Valla in Raudenſem, an ſtrata, abſque alio adiuncto reperiatur; Andreas Alciatus non dubitat, ſed confidenter lib. 1. Prætermiſſ. in verbo Sermo latinus, tenet ſtratam, non eſſe latinum, ſed merè vulgare: Vtrique ſatisfieri poſſet vnius Lucretii exemplo lib. 1.

Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum. Vbi iuxtà ſenſum Iſodori lib. 15. cap. vltimo de orig. l.l. cuius verba Ludouicus Cerda, tacito Auctore in Aduerſ. ſacris cap. 17. num. 52. refert; apparet ſtratæ nomẽ eſſe latini idiomatis; Procopius Iuſtiniani Imp. à ſecretis lib. 2. de bello Perſico,

Digitized by Google

ſtratam apud Romanos viam ſignificare ait; & multo ante Vlpianus l. 1. ff. de via public. ibi, *Non poteſt ſternere viam lapide, quæ terrena ſit; vel è contrario de ſtrata terrenam facere:* Tempore Honorii, ac Theodoſii de ſtrata, abſque viæ appoſitione mentio fit in l. 4. C. de priuileg. domus Auguſtæ lib. 11. & l. 6. C. Theod. de itinere muniendo: vbique ſubintelligenda eſt via: Victor Epiſcopus Vticenſis, qui claruit anno 470. de perſecutione Vandalorum, inquit Stratæ, vel Semitæ cadaueribus repletæ. Strata, vt vult Iſidorus, quaſi vulgi pedibus trita; ſiue, vt magis placet Vallæ, & Briſſonio de verb. ſignif. quod lapidibus ſternatur; dicta: hoc autem nil noſtra, noſtriuè propoſiti refert.

45 *Stabulatur impetigo.*] vtrobique translatè dictum: Stabulari enim pro hoſpitari accipitur de rebus præſertim prauis; vt penes Plautum; nequitiæ vitia ſtabulari dicuntur: Adi notam in verbo Impetigo.

946 *Stapedem caute ſcandito.*] Stapes à Franciſco Philelpho Tollentinate nomen inuentum; quod Lipſius Italis non perpetuò amicus lib. 3. de mil. Rom. vix probat; Budæo, qui ſubicem pedaneum poſſe dici putat, magis adhæret; eumque dilaudat; ſed an purius, ac ſignificantius, ipſe viderit: Illius ſiquidem ſtapidis, quo Equites, in equo aſcendendo, & commodius equitando vtuntur; tametſi nomen, non tamen ipſius inſtrumenti inuentum adeò nouitium, quemadmodum Guidus Pancirolus, & alii ex marmoreis, & æneis ſtatuis colli-

Digitized by Google

colligentes arbitrati ſunt: Nam Commodi Imperatoris temporibus vſus, & mentio iſtiuſmodi inſtrumenti habetur apud Iulium Pollucem Onomaſt. lib. 1. cap. 11. num. 15. qui anno Domini 180. ſub eodem Imperatore floruit; eiq́. opus ſuũ dedicauit: cuius verba è græco in latinum verſa ſonant: *Cum verò inſederis equo, nequaquam fœmora ferias, ſed pedes ſubleua, & ſtanti ſimilliſmus ſis; Stapedes enim magis ad ſtandum, quam inſidendum parati ſunt*. A cuius ſtapedis ſimilitudine ad vtraſq́. currus ſpondas dici ſtapedes, vbi fit pedũ ſtatio, & poſitio, poſſe Author arbitratus eſt.

230 *Statarius miles.*] Pes firmus, ac fixus, à ſimilitudine ſtatariæ militiæ, quæ fit cominus, neque è veſtigio in pugna mouetur miles dicitur ſtatarius; animal domeſticum adeò in eum, ex quo genitum eſt, inſęuit; vt ad mortem non ſecus, ac homo in ſuos ſoleat: inimici quidem domeſtici infeſtiores. vide, Pes factus.

244 *Sternax equus.*] vide Equus ſternax.

714 *Stridor enecat aures.*] tàm de inanimatis, quàm de animatis ſtridor dicitur ex Plinio, præter alios patet; qui lib. 7. cap. 2. Charomandarum gentem ſylueſtrem vocat ſine voce ſtridoris horrendi: vbi vocem ab oris ſtridore male ſegregaſſe accuſat Plinium Scaliger cap. 81. de cauſis l. L. ſed velit, nolit, eius pace; non rectè accuſat: nam, dum dicit ſine voce eſſe gentem; de voce articulata, & ſignificatiua intellexit; Præterea non apparet in textu Pliniano, vt ponit, & imponit Scaliger, dixiſſe oris ſtridorem: ſed ſimpliciter protu-

liſſe ſtridorem : ex alia enim corporis parte eue-nire poterat ille ſtridor, vel ex inferiorum partium ſtrepitu, vel crepitu; qualis è Grillis, & Cicadis exauditur. De Axis ſtridore qui nonnullis in Poloniæ Regno non ingratus viſus : vide ſupra Axis nunctus.

720 *Strias in varias lacunas.*] ſtria, & lacunæ ſunt correlatiua; illud enim, quod protuberat, & eminet in columnis, quas vulgò *Scanellatas* vocant; ſtria eſt; quod verò cauum, vel cauitas, lacuna; & canalliticus dicitur. Græcis non ſtrix, vt habet Philander, & alij in Vitruuio libro decimo, cap. 15. ſed ſtrigilis, eſt vetus lectio; ita Budæus, & Hermolaus Barbarus in gloſſematis: videto Bernardinum Baldum in verbis Stria, & ſtrigilis in Vitruuio. In conchis, caulibus, & frondibus Plinio ſtriæ etiam dicuntur, lib. 9. cap. 33. & lib. 21. cap. 5. pari modo viæ ex curruum rotatione ſtriari, variis ſcilicet ſtriis, & lacunis labefactari, magno Vrbis incommodo cernuntur.

20 *Striata facies.*] eò planè modo facies, quo frons ab Apuleio lib. 10. dicitur ſtriata, hoc eſt in rugas ob mœrorem contracta.

149 *Strigilis ſonans.*] præter eum, quem in verbo Stria diximus, ſignificatum; inſtrumentum eſt ferreum dentatum; quo equi, & iumenta alia ſtringuntur, aut deterguntur, ac poliuntur.

959 *Stultitia frui alterius.*] iuxta illud, *Felix qui fruitur aliena inſania.*

695 *Sudum.*] antitheton Vdum.

Suffitus

148 *Suffitus veniunt amariores.*] quod eſt guſtus refertur ad odoratum: apud Perſium, & alios familiaris, ac frequens tropus; vt quod ad vnum pertinet ſenſum, transferatur ad alium: vt non ſemel adnotatum.

1094 *Sufflamine currui ſubacto.*] ſufflamen retinaculum eſt, quo vna ex rotis religatur, ne currus in præceps ruat. Iuuenal.

Ipſe rotam ſtringit nullo ſufflamine Conſul.

Vndè ſufflaminare deducitur, pro cohibere, & retardare; quo Auguſtus Imperator vſus, vt refert Seneca declam. 4. dum dixit: *Aterius noſter ſufflaminandus eſt:* cui tanta dicendi velocitas erat, vt vitium orationis fieret.

1003 *Supinitati indulgens.*] miri faſtigij, & arrogantiæ hominem notat ex corporis huiuſmodi habitu: Sineſius in Dione, *Solet*, inquit, *ſupinare, ſeque more Pauonis ſuperbè oculos circumferentes iactare*: Sed Clemens Alexandrinus lib. 3. cap. 11. pedago. nobis inſolentis, & arrogantis mores clarius explicat: *Supinus*, inquit, *& inflatus obuios quoſque deſpicit; & an illum aſpiciant, intuetur*: Quo hominum genere nihil odioſius; ac contemptius, qui enim ſe ſuper ſe facit, ſe infrà ſe, inferioremque ſe conſtituit: Omnibus hoc ferè innatum eſt; vt, vbi aliquid dignitatis aſſecuti fuerint; laborent typho; turgeſcentibusque oculis ita cæcutiunt, vt nihil quod prius, planè videant: anguſti quidem animi, quibus, quæ prius, non manet humanitas, vt de

Traiani

Traiani animi magnitudine Plinius, vt ſupra citauimus; in Panegyrico memorat.

37 *Supellectilis.*] occurrit tacitæ obiectioni: Modeſtè appellat Patrimonium ſupellectilis nomine: Non eſt eo modo, quo apud Iuriſconſultos in l. 3. ff. de ſupelleƈt. legat. & l. 6. ff. eodem, accipienda ſupellex; ſed largius, vt etiam ea, quæ ad vſum quotidianum è fundis, ac cenſibus perpetuis quibuſque temporibus parantur, vt Perſius accepit ſaty. 4. vltimo verſu.

Tecum habita, vt noris, quàm ſit tibi curta ſupellex.

transfertur etiam ad alia, vt nos alibi: Quotuplex huius nominis acceptio, vide Alexan. ab Alex. lib. 9. cap. 19.

872 *Suſpicaces Quirites, ne dum Bambalio.*] in aurem garritus cui non parit ſuſpicionem, eamque animis non inſtillat? ſanè, vel excelſis, ne dum illis qui puſillos gerunt animos, naturà, aut vitio ſuſpicio excitatur; Mos propterea inter homines ingenuos minimè admittēdus; & ab aula prorſus ablegandus: Hac ſuſpicionis labe ex omnibus Orbis Gentibus Italica natio minus afficitur, ac laborat; vtpotè quæ maiori prudentia; magnanimitateque prædita: A manuum geſticulatione æquè, ac ab auriculari garritu abſtinendum eſt; Sæpè enim ſuſpicionem manus geſtuoſa facit; aliiſque ſpectantibus locum temerè iudicandi; dum inter loquendum manu, vel digito diſtantiam, numerum, vel menſuram demonſtras, abſentibus, idque videntibus

tibus

tibus obtrudis aliud, quàm dicis,eorumque menti aliquid ſiniſtri, obſcæniq́ue ingeris: Manus ſub pallio modeſtiæ index eſt.

606 *Syntheſis ſumptuoſa.*] græcè ſonat compoſitionem, ordinem, ſeu ſeriem: hic pro vniformi, concoloriq́ue veſtium compoſitione capitur: vulgò Italico *Liuream* appellant; Andrea Alciato teſte lib. 1. Prætermiſſorum, in verbo Synthaſis;clarius idem in Parerg. lib. 2. cap. 21. cui Robert. Conſtantinus tàm in Lexico, quàm in ſuppl. l. l. & alii ſubſcribunt.

Mirum eſt, quam πολλαχῶς, multifariam ſcilicet; varioq́ue modo ſyntheſis accipiatur; quamque inter Criticos in reſponſo Scæuolæ, l. Titiæ, ff. de auro,& argen.leg. decertatum ſit;Quis igno rat quoddam veſtis fuiſſe genus ſyntheſim, in feſtis Saturnalibus adhiberi ſolitum? ac non ſolum veſtis, ſed vaſorum,ſimiliumque rerum ordinem, ſeu compoſitionem ab Vlpiano in l. 19.eodem: græcè Argyrotheca; Italicè *Credenza*? vt habetur ex pluribus Martialis locis, eiusq. interpretibus? at Statij lib. 4. ſyl. 9.

Vnam mittere ſyntheſim quid horres?
Aluorum, Calicum, atque Cacaborum.

Illud prædium, quod pluribus fundis conſtat; quod latifundium vocant; vel Manſum; noſtrates Braidam; Syntheſim appellare non dubitarim ex l. Alumnæ, §. Titia,ff. de ad. leg. Illam itidem, quam Medici faciunt, compoſitionem: Q. Serenus cap. 29. Syntheſim appellat.

Syntheſis

Syntheſis hæc prodeſt vnda mollita calenti.
Adrianus Turnebus lib. 23. cap. 19. Aduerſ. non eum, quem ſe eſſe exiſtimat, oſtendit virum ad l. Titia. intellectum: putat enim ſyntheſim eſſe vniuerſam veſtem compoſitam; & nihil aliud dicit: In re difficili, vt ſuus eſt mos, ad alia transuolat; & te deſerit.

Adrianus Iunius ſuperiori iunior; vterque tamen, ſi quis alius, perdoctus; in Nomenclatore addit, vniuerſam veſtem in Veſtiario recluſam, & compoſitam: vulgo Italico *Guardarobba*; contentum pro continente. idem dicit Raderus in Martialem, tacito Iunio, à quo, ſicut ab aliis mutuari ſolet: Iuſtus Lypſius Germaniæ ſydus; multa de Syntheſis forma, ac vſu lib. 1. cap. 2. Saturnal. ſed nihil de Scæuolę reſponſo; à quo longè tanquam à ſcopulo nauigat.

Ioan. Brodius nō malus criticus lib. 6 cap. 7. pro tota veſte alicubi recondita, ac compoſita: Latrat in Alciatum aliter ſentientem; cuius Brodij ius ad palatum Scęuolæ nil facit, nec ſapit.

Guidus Pancirolus, antiquitatis indagator eximius, meuſque minimè pœnitendus in iure præceptor lib. 2. cap. 100. Theſaur. var. lect. dicit huius legis ſenſum non patere ignaris Antiquitatis, quam ibi narrat; ſed eius manes mihi parcant; Ad Scæuolam nec quod dicit, nec quod ex Martiale adducit exemplum videtur quadrare; ſed quia poſthumus fuit liber editus; excuſandus.

Claudius Salmaſius in Vopiſcum pag. 247. ver.

38. ver-

38. verborum non minus, quàm rerum nouator; Scæuolę reſponſum hactenus a nemine fuiſſe enucleatum,præter quam à ſeipſo gloriatur. Vbi totã legem recitat,& omnia recta,ac ſincera,præter illud(id eſt)imperitè interiectum;quod, ſcias, prius à Ludouico Charonda,quem tacet,fuit aliquando animaduerſum: Ex tam longa, quam concinnauit, philaceria obtrudit nobis quoddam veſtis genus cucullatum; tunicas, quibus annexa erant palliola; palliolum exponit breue capitis operimentum; cum pilleolum legatur in exemplo Ouidii per eum laudato: Quicquid ſit ad intellectũ dictæ l.non moror: Vnam ſyntheſim faciebant ſeptenę plus minus, veſtes eiuſdem coloris, materiæ,ac quadraturæ velint, nolint Alciato Aduerſantes manus dent; herbam autẽ ſibi ipſis porgãt.

T

1070 T*abulata tota.*] Tabulatum, præter alia, hîc eſt currus ſolum,vbi ſellæ.Iul. Pollux in Onomaſtico,*Omne*, inquit, *quod inſternitur, tabulatum eſt*, lib. 10. cap. 10.de partibus currus.

73 *Tænia.*] eſt ſubligaculum ad coercendas hydrocellas.

375 *Taberna.*]quodcumque ædificium ex tabulis cõfectũ appellatur taberna,pro caupona, abſq. alio adiecto nomine etiamnũ accipitur; & nomẽ retinet:vide Briſſonium lib.8.de verb.ſignif.in huiuſmodi Tabernę locum ſe recipere turpe; & ſi

Tiberium Imperatorem huc itaſſe, & inde vinum petiſſe non puduit. Suetonius in eius vita. vide Popina.

361 *Tandem denique.*] Plautina phraſis in Trinummo 4. 2. Tarditatis, tædij, atque impatientiæ ſignum; repetita eiuſdem ſignificatus dictio auget.

388 *Taxis horridis.*] Vide Vrſis.

653 *Tellus auara.*] Vide Auara tellus.

652 *Tellus non ſegetem laborat.*] laborare propriè de ruſticis, vt apparet ex Plauti prologo Mercat. ver. 71. & Virg. Aeneid. 2. vbi Cerda, & ſtat pro producere, hominum induſtria: Statius 3. Thebaid. & conficere Virg.

--- *arte laboratæ veſtes.*

Seges verò iuxtà Varronem lib. 1. cap. 29. de re ruſt. dicitur; quod aratum, ſatumque eſt; ſicut aruum, quod aratum, non dum ſatum: Non nunquam ſeges eſt eorum ſeminum, ex quibus panis conficitur, non dum demeſſa; non contra. ex Valla lib. 4. cap. 25. elegant.

530 *Telones.*] Publicanus eſt publici vectigalis emptor, vel exactor.

609 *Temonis ſuperbi.*] ſynecdoche pro curru; hoc eodem epitheto vſus Symmachus lib. 10. cap. 17. abſtinendum ab hac currus ſuperbia: *Honor ſobrius* inquit, *recuſat huiuſmodi decus.*

165 *Tene hàc.*] vox eſt iubentium; currum in quam velit partem dirigere: Vide Petronium Arbitr. pag. 9. & in notis pag. 104.

471 *Tenor Aulæ.*] Vide Romanæ Aulæ tenor.

Ter-

942 *Tergus.*] vehiculi pars poſterior,rebus quoque in animatis tribui ſolet, habes ex Cerda in Virg.

865 *Tertianda verba.*] id eſt tertia vice iterãda,vel verba lapſantia: Becman. de orig.l.l. Apuleius lib. 5. Tertiare verba eſt vix tertia parte proferre pre ti more: ibi. Tertiata verba ſemianimi voce ſubſtreperas: Apud autem Columellam; & alios de re Ruſtica Authores tertiare agrum eſt tertia vice aratro proſcindere.

144 *Teſſalata.*] teſſerulis conſtructum pauimentũ, teſſalatum dicitur; ad cuius ſimilitudinem Vrbis Venetæ vias laterculis in cultro poſitis ſtratas, & expolitas inſpicimus: Græcis Lithoſtrata, ideſt cruſtulis ſtrata: Varro lib. 3. cap. 1.

224 *Teſtes nequitiæ.*] vide Nequitiæ teſtes; quos pares eleganter vocat Plinius.

798 *Teſtudineum vehiclũ.*] cuius cælum, ſeu tectũ ad inſtar teſtudinis deuexum, & fornicatum eſt. vulgò *Carrozza*. Vide Tympanum. cælum.

288 *Thalamus, thoruſque ſponſæ.*] ſui temporis mores S. Baſilius in homil. ad eos, qui ſtudio tenentur diſcendi; ſugillat: *Alij, inquit, equis ad iter faciendum præparant fræna, zonas, frontalia, argentea omnia, aureaque inſuper tapeta purpurea; ipſos veluti ſponſos ornantia equos:* Noſtræ verò tempeſtatis inhumana propè in Mannos humanitas, non æquis oculis, nec auribus ferenda: Eiſdem dapibus, quibus Domini aluntur; eiſdemque pharmacis, etiam precioſiſſimis, ſi quando ægrotant, medicantur, viſitantur.

284 *Thymiamatis inſtar.*] vox græca iamdudum Latina ciuitate donata; ſuffitum ſignificat, ſeu incenſum: Thymiamaterium vero eſt vas, in quo thymiama, ſeu incenſum in functionibus ſacris incendebatur: de quo Sanctus Ambroſius lib. 4. cap. 1. de ſacerdot. Iſidorus Peluſiota epiſt. 247. Ioan. Steph. Durant. de ritib. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 9. fuſius, & clarius.

669 *Tiaram oblatam reſpuit.*] adeò currui infenſus Author; vt à Gregorio XV. Cardinalis Mōtalti, cui à negotiis Polonicis erat, opera, Tragurii Cathedrā Martii Andreutii eius Conſobrini obitu vacantem, oblatā bona cum Offerentiū venia, recuſauerit; ne pro dignitatis gradu animum vehiculo adijcere teneretur; ac ſe non Epiſcopum, ſed Epirupum, hoc eſt cenſualem; alienaque quodammodo negotia acturum fore arbitraretur: Erat enim Epiſcopatus penſionibus obnoxius, cui autem perſoluendis? Archiepiſcopo recocto ex Anglia reuerſo, ac recantato: ac non multo poſt ad vomitum redeunti concremato.

48 *Tibicinibus me feram.*] ferulę, ſeu fulcimenta, quibus quis male pedatus commodius ad ambulandum vtitur; appellantur tibicines, vulgò *Stampelle, Crocciole.*

412 *Togatus.*] ideſt Aduocatus: Vetus gloſſariū, Togatos, inquit, eoſdem dicimus, quos Aduocatos, & Patronos cauſarum, qui litigatoribus ſuum pręſtant officium, & patrocinium; quo ſenſu to-

sus

tus titulus, Cod. de Aduocat. diuer. Iud. intelligitur. Hinc apud Caſſiodorum lib. 3. cap. 33. Togatorum profeſſionem, ideſt Aduocatorum; & apud Symmachum lib. 5. epiſt 45. Togę forenſes honore priuatus, ideſt iure Aduocandi, & libro 9. epiſt. 28. vbi plura Iuretus: Sanctus Cyprianus ad Donatum; *Sauit*, ait, *inuicem diſſidentium rabies; & inter togas pace rupta forum litibus mugit inſanum.*

Cuius formę, ac figuræ fuerit Toga, vide Quintilianum lib 11. cap. 3. quare Suetonius in Claudio, orta inter Aduocatos leui contentione Togatumvè, an Palliatum peregrinationis reum cauſam dicere oporteret: Hodie nulla eſt Togæ diſtinctio; imò Togæ nomen in deſuetudinem abiiſſe Conſtantini Imperatoris tempore videtur adeò, vt penes ſolos Iudices, cum iudicarent; ac penes Aduocatos cum cauſas perorarent, remanſerit: Interpretes in Tertullian. de pallio, inprimis Claudius Salmaſius; Præter huius muneris tempus non togati, ſed lacernati ibant: Veneti Patritii quodam Togæ genere pro dignitate vti ſemper in publico ſolent; ſine qua extrà domum per Vrbem incedere abſque capitis diminutione, nefas eſt: vide Turnebum lib. 23. cap. 18. aduerſ & Ioan. Calu. in verbo Syntheſis: in Iuris lexico. Prodire in publicum abſque Toga etiam olim apud Romanos, turpe habebatur, vt obſeruauit Caſaubonus apud Spartianum in Hadriano, & alibi.

Tona-

1034 *Tonaret vias.*] reſonas, & obſtrèperas vectura curuli reddere.

394 *Tonitru rotarum.)* vſitata translatio apud Poetas; ſicut curru quatere, pro tonare apud Horat. Ode 12. lib. 1.

Tu graui curru quaties Olympum.

ita tonare curru, pro agitare currum: Antiquæ ruditatis erat opinio ;Tonitrum nil aliud eſſe, quàm Iouis currum currentem; cum Tonitrus ſit res naturalis, & fiat, iuxta Coclenium; & Cardanum, in nubibus eruptione calidi, & ſicci: ſed poetæ, vt plurimum vulgi opinionem ſequi delectantur.

902 *Torpedo veluti.)* comparatio rixæ ſerpentis, & ad arma prorumpentis per quàm conſentanea. Torpedo enim piſcis marinus, planus, & cartilagi noſus à torpore cognominatus; qui vel haſta, vel linea tactus ipſius tangentis manuum torpeſcere facit: Præter Dioſcoridem, Platonem in Memnone; & Ariſtotelem lib. 9. cap. 37. Plinius plura lib. 32. cap. 1. Aelianus lib. 1. cap. 36. de animal. Torporem per lineam tranſmittit in arundinem, deindè in Piſcatoris manum, vt irrita fiat eius piſcatio; quinimò ipſos piſces eodem verriculo captos ſtupore inficit; eoſdemque vorat: Raiæ eſt per quàm ſimilis, Venetis ab effectu, quia tremere facit piſcatoris manum, Tremulus dicitur; Romanis liberum, & planè Romanum nomen, quia olet hircum, fotterigia appellatur; aliis alibi vocabulis: Robertus Conſtantinus ſupplem. l. I.

Scaliger

Scaliger exercit. 218. num. 8. Huius Torpedinis ſtupori,ſeu veneno mirè aduerſari Mullum,quem Greci Triglam vocant. Hier. Card. lib. 7. cap. 37. de rer. variet.

784 *Trabalis Baiulus.*] non tam quia vaſtum eſt hoc genus hominum,quàm quod trabes, ac ligna geſtet; ſicut ſaccarius,qui ſacco defert,trãsfertq́. merces l. 40. §. fundi, ff. de contrah. empt. referri etiam poteſt ad currum, ac mulionem.

732. *Trahis ſed tacitis.*) Traha vehiculi genus abſq́. rotis,cymbulæ inſtar,vnico equo iunctum per niueos gelu concretos cãpos celeri curſu, miroque ſilentio peruolitat; quo Sarmatæ, ſeptentrionalioresq́. Populi; & ad vſum; & ad voluptatem delectantur: liber Baro, Guagninus Eques, & alii memorant.

998 *Tranſiungi.*) Vlpiano leg. 38. §. 5. ff. de æd. ędic. eſt à dextra in læuam tranſmitti: Veterinorum vocabulum,cum ab vna iugi parte in alteram equi iunguntur: & iumenta ſana non eſſe,inquit Pomponius,quæ tranſiungi recuſant: ab huiuſmodi iumentis ad hominem hic fit translatio: vitium vtrobique ferulis corrigendum.

323 *Trepidat.*) in Equis trepidatio generoſitatis inditium; affectus corporis ab affectibus animi dependens: Scaliger exercit. 312. non ob metũ, ſed ob agendi deſiderium trepidare dicitur; inde ſurgit tremor; quo ſtare loco neſcit: Virgil. eleganter equi generoſitatem deſcribit Georg. 3. *Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.*

& ante

Digitized by Google

& ante eum Lucretius lib. 3.

Concidit,& ſpumas agit,ingemit, & tremit artus.

Tribunal Rotæ.] Vide Rotæ tribunal.

382 *Tuam perge viam.*] vſitata formula Italis. *Và pe'l fatto tuo*, eſt abeundi commeatus; qualis ille Plauti Rud. 4.3. ver. 88. *Viam tuam abi*, & ille Ciceronis de offic. *Age negotium tuum*. licet, iuxtà alios; ſit vitam priuatam agere, non accedendo ad Rempub. huiuſmodi dicendi formula.

894 *Tumeſcit negotium.*] vide negotium tumeſcit.

861 *Turba.*] & ſi pro quodam tumultu, qui ſuprà, non autem infrà numerum decem hominum committitur; accipiatur apud Vlpianum l. 4. §. 1. ff. de bon. rapt. & Rixa inter duos ſit; nihilominus pro qualibet multitudine contemptim poni non eſt dubium, obuia exempla.

24 *ſub Tunica, & ſinu.*] dictum prouerbiale pro clam, & occultè vſurpatur à Tertulliano in lib. de fuga in perſecut. cap. 12. Quando quis tuſſi crepitum diſſimulat; emanauit illud alterum: Tuſſis pro crepitu: Honeſtius, atque occultius: Venter ſub tuſſis tunica muſſat: vide infrà Venter ſub tuſſis tunica.

803 *Tunſionibus vritur Perillus.*] ſuperioribus annis Bigæ Diomedis Vareſii in furorem actæ è Quirinali per decliue ferebantur; fruſtraque Auriga reclamante; habenaſque retrahente; in latus currum reuolutum, in quo Vareſius, tamquam alter Perillus in Tauro tormenti genere vrebatur; raptarunt; Dominumque ſuum capite, & coſſis be-

ne

ne tunſum, ac dolatum ad interitū propemodum perduxerunt: ſumma cura, multis poſt annis, conualuit; voti reus currum amplius non aſcenſurus, niſi prius crucis ſignaculo munitus. Vide infrà Vritur.

185 *Turundis bonis cibata.*] bonis, ideſt opiparis, ac delicatis; hinc vitam bonam facere apud Plautum caſin. 44. pro delicatē viuere. Turunda eſt prȩter alia, offa teres, vel in paſtilli modum formata ad ſaginanda altilia; Varro de liberis educandis: Cato de re ruſtica cap. 89. *Farina ordeacea turundas faciat; eas in aquam intingat, & in os indat.*

701 *Tuſſim ducat, anhelitumque vexet.*] pleuritidē morbum innuit, ac ſignat; quomodo, & qua cauſa gignatur pleuris, ſeu pleuritis vtroquè modo dici poteſt: vide Hollerium in Hipp. Aphoriſ. 23. ſect. 3. *Hieme*, inquit, *pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, grauedines, raucitates, tuſſis*, & quæ ſequuntur.

Pleuris vox græca, latus, ſeu coſtam ſignificat: Plinio lateralis dolor, non tamen ſine febre. Horatio lib. 1. ſaty. 9. laterum dolor appellatur.

752 *Tybris Vrbis eſt cloaca.*] Vide Cloaca Tybris.

759 *Tybris caput amnium.*] eorum ſcilicet, quos ſecum in mare ad quadraginta duos deuehit: vt docet Plin. lib. 3. c. 4. & nominatim recenſet Paulus Merula Coſmogr. par. 2. lib. 4. cap. 11.

800 *Tympano.*] tympanum dicitur tegumentū, vel teſtudo vehiculi, Virg. 2. Geor. *Hinc tympana plauſtris Agricolæ, & pandas ratibus poſuere carinas.*

ita Seruius, quem ſequitur Cerda, & quilibet recte ſentiens. Vide Cælum, Teſtudineum vehiculum.

V

705 V*Dum.*] antitheton ſudum. Huiuſmodi antithetis vſus eſt Apuleus in Apologia. *Cuncta inquiens, ſpecula vel vda, vel ſuda.*

167 *Vector.*] tam actiuè, quàm paſſiuè accipitur tã ſcilicet pro qui vehit, quàm qui vehitur.

30 *Vehi per Vrbem.*] Cicero in Piſonem, *Inania ſunt captare plauſus, vehi per Vrbem.* Quàm inſalubre, atque oneri ſit vehi, ex dictis ſupra patet: non autem eſt honori, nec decori; ex eo arguitur, quod ob honorem feſti ſeptimontii, die ſcilicet, quo fuit additus ſeptimus collis, crimínoſum habitum eſt, ferri per Vrbem vehiculis refert Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 11. & ante eum Plutarchus ex quo habuit. quæſt. Roman. cap. 69. vbi interdictum huiuſmodi vſque ad ſua tempora ſeruari narrat.

Vehiculum.] vide Currus. Rheda vehiculum.

54 *Vehiculo vexamur.*] vexare à veho deduci, inde vehiculũ; in quo, inquit, Aulus Gellius lib. 2. c. 6 ineſt vis quædam alieni arbitrii; non enim ſui potens eſt; qui vehitur; qui huc, atque illuc fertur, ac diſtrahitur; vexari dicitur. Non ab re nos in eleg. ad Viatorem. Quæſtioni vectionem comparauimus.

Supplicij

Supplicij eſt quoddam ductile, Rheda, genus.

756 *Vehiſque.*] Vehis,ac vehes, vectabuli genus Oſcorum lingua; vulgo noſtro *Cariola*, auchendis ſordibus idoneum.

756 *Venerabilis futurus.*] Aetati magis, quàm generi,ac marſupio honorem præſtandum eſſe Gellius lib. 2. cap. 15. monet: habetur Leuitico cap. 19. *Coram cano capite conſurge; & honora perſonam ſenis:* Aetas ſenilis etiam inter hoſtes venerabilis: quin iuxtà Homer. Iliad. 23. inter Deos etiam: Neſcio quis, vt refert Plutarchus in Apophtegm. lacon. videns homines ſedere in curru: *Abſit*, inquit, *vt ibi ſedeam, vnde ſeniori aſſurgere non poſſum*: & ſi ſenectus dicatur, niſi optatũ malum, tamen, *Noli*, inquit ſacra pagina, *ſeniũ contemnere, quod ipſemet expectas*. Cur autem ætas, quæ tendit ad occaſum, veneranda; cum exorientem, non occidentem Solem venerandũ; ſuggeſſerit Antiquitas? Nunquid, quia quo quis annis grauior, eò præſumatur prudentior, & eò venerabilior? An quia ętas huiuſmodi grauis, & imbecillis miſeratione, quæ indigenti eſt honoris ſpecies, habeatur digna? Iure Ouid. lib. faſt. 3. cecinit;

Magna fuit capitis ſemper reuerentia cani.

Eundem honorem ſenibus, quem Magiſtratibus exhibendum eſſe l. pauper, ff. de iureiuran. Iuuenal. ſaty. 13.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si Iuuenis Vetulo non aſſurrexerat, & ſi

Barbato cuicunque puer.

139 *Veneta in Vrbe.*] Vrbium omnium Vrbs vnica: Numine diuino in ea, in qua exorta, & educata eſt, fide Chriſtiana per tot ſæcula ſemper integra, ſemperque tanta; vt illud Sulmonenſis Vatis de hac Vrbe verius, quàm de qua ipſe Vates cecinit, cani poteſt.

Quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.

24 *Venter ſub tuſſis tunica muſſat.*] licet Cic. crepitus æquè liberos, ac ructus eſſe oportere dicat; & Roterodamus ſatius eſſe aſſerat; natura incitante, aut recedere, ſi liceat, aut deuorato pudore, iuxtà vetuſtiſſimum Prouerbium, *Tuſſi crepitum diſſimulare potius, quàm comprimendo morbum accerſere:* tamen, quàm tacitè fieri poteſt muſſandum; ac euaporandum; Peditus, ſeu crepitus, qui cum ſonitu fit, græcè dicitur πορδὴ; qui verò ſine ſonitu, qui prius ſcilicet naribus, quàm auribus percipitur; dicitur σλιμὸς. videtur deſcripſiſſe Catullus in Hendecaſyllab.

Subtile, & leue peditum libonis.

Latina lingua caret proprio vocabulo; licet Taubanus in Plauto curcul. 2. 3. in verbo Crepitum, referat reperiri: De Taubano miratus ſum, qui non olfecit inquinamenta Ioſephi Scaligeri in Catullum, & cæteros binos collegas aſperſa; dum teſtem laudat in dicti ſui probationem; crepitum ſine voce, & abſonum dici latinè, Viſium; cum purus putus idiotiſmus Gallicus, ac ſemitalicus: Flatum ſinè ſonitu, aut

crepitu

crepitu exire optimum eſt; melius autem eſt cum ſonitu exire; quàm reuolui, puta ob retentionem flatus: Hippoc. lib. 2. prognoſt. Aphoriſm. 24 ſect.... Arnoldus in annot. Scholæ Salernitanæ de flatu in aluo detento cap.4. Heliogabalus edicto cauit; ne quis in Senatu ventris flatum remoraretur; cum ex hoc malo Senatorem quemdam interijſſe intellexiſset: Hinc Aegyptij, qui omne numen diuinum à commoditate metiebantur; crepitum ventris tanquam ſalubrem humanæ valetudini; vt numen adorabant.

486 *Venter auarus.*] quare Auarus ventri comparetur, vide Horat. lib. 1. epiſt. ad Vallam: vbi appellat ventrem Auarum.

Quicquid quæſierat ventri donabat auaro. Vide Auarus Venter.

362 *Veredi.*] licèt Veredus nonnumquam pro equo accipiatur, qui publici curſus cauſa præbetur; diſpoſitus equus à Suetonio vulgò *Poſta*: nihilominus Veredos ſignificare equos Rhedæ adiunctos teſtatur Iuretus in Symmacho lib. 7. epiſt. 48. & à vehendo dictos fuiſse demonſtrat Feſtus, & Iſidorus lib. 12. cap. 1. de orig. l. l. Veredarius verò is, qui equo inſidet, dicitur: Metaphoram Veredarij pro Vrbis Gubernatore, ſeu Rectore ductam à Diuo Hieronymo prauè cenſuit; longèq. diuerſum ab ipſius mente interpretatus eſt quiſquis is fuit; qui Calepinum nuper conſarcinauit: de qua re vide Iuretum lib. 7. epiſt. 14. in Symmacho.

Veruto

Digitized by Google

742 *Veruto iugulanda lex.*] græcè *Obelus*, latinè *Veru*, indè verutum, eſt gladii genus; figura Veru; vnde nomen remanſit vulgò *Verdù*. Nonius ex Saluſtio hiſt. 3. Robert. Conſtant. in Lexico græco, pro virgula apponitur; vbi lectio aliqua falſitatis notatur; vel tollenda tanquam ſuperflua: Iſodorus lib. 1. cap. 19. Aſteriſcus verò ſtellula eſt, in ijs ponitur, quæ omiſſa ſunt, ſeu deſiderantur * vel quæ falſa, vel ſuperflua lectio veru ſignatur — Iſodor. vbi ſuprà.

54 *Vexamur vehiclo.*] non vehi Vector, ſed vexari demonſtratur: vexari enim ab eo, quod eſt vehere, formatum videtur; ineſt, vt ſupra notauimus vis quædam alieni arbitrii; non enim ſui potens eſt, qui vehitur; nam fertur, & raptatur; atque huc, & illuc diſtrahitur; is vexari propriè dicitur: verba ſunt Auli Gellii lib. 2. cap. 6. quem tacet Becmanus de orig. ling. lat. vide Vehiclo.

648 *Via lata.*] in Vrbe eſt via lata à Porta Flaminia media ad D. Marci palatium; per quam noſtris temporibus ſtadii curriculum ſingulis annis pridie Cinerum fieri ſolet; ac curruum quotidianus ſpaciatus: Cuius viæ mentio frequens apud Ana ſtaſium Bibliothecarium, vbi D. Lucæ Euangeliſtæ hoſpitium fuiſſe traditur; nunc templum ſan ctæ Mariæ in Via lata nuncupatur, apud Martinum Polonum de Vitis Pontificum corruptè legitur: Templum ſanctæ Mariæ Inuiolatæ, pro in Via lata, Quicquid olim magnum, ſeu latum; nomine Baſilici nuncupabatur: Vndè templa, Pa-

latia,

latia, viæ, quæ magnæ, aut latæ erant: Baſilicę dicebantur; vt notat Rodigin. lib. 28. cap. 11. antiq. lectionum.

Vias exigere.] Vide Exigere vias.

793 *Via ſarciri glarea.*] rudere, vel glarea, ſi fortè via fuerit dilapidata; ſarciri poteſt: Interdictum l. 1. ff. de via publ. in hæc verba ſonat. *In viam terrenam glaream inijcere, aut ſternere viam lapide, quæ terra ſit, vel contrà* (vt legunt alii) *de ſtrata terrenam facere interdicitur.*

725 *Via claudicat.*] quia ob viarum inæqualitatem, ob tritas, dilapidatasque vias; currus claudicare, ac titubare dicitur.

691 *Vietos.*] i. ſinè vi. Terentius in Eunuch. *Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex:* veſtem vietam appellauit Lucret. lib. 3. vbi Giſanius.

399 *Vinum auritum.*] quia tonitribus, cæteriſque ſtrepitibus vinum pati ſolet, ei aures tribuuntur; ſicut etiam ſyluis, quæ Orphæi teſtudine ductæ à Poetis auritæ nuncupantur; frigoribus obſtupeſcere vinum ſcribit Plinius æquè, ac ſi ſenſu eſſet præditum lib. 15. cap. 21. Vinum fulmine vapeſcere; colorem, ſaporemque genuinum aboleri refert Leuinus Lemnius lib. 2. cap. 48. de occult. nat. miracul. vbi etiam remedia docet, quibus vini vitia emendantur.

395 *Vinum fugit.*] cum vini ſpiritus euaneſcit; quod remanet, vappa dicitur æolica appellatione; Vinum fugiens, ſpurcum quoque latinis eſt: vide infra vinum res delicata.

Vinum

Digitized by Google

398 *Vinum res delicata.*] non tàm quoad guſtum, quàm ad ipſius virtutem vinum eſt adeò delicioſum, ac delicatum; vt cum eo nonniſi temperatè, ac modeſtè agendum ſit; alioquin malè te accipiet: Nullius rei commertium admittit; nec cum Nymphis quidem, quicquid Plato conſuluerit, rectè conuenire poteſt Bacchus: Aqua enim infuſa vinum, vt eſt in veteri prouerbio, perditur, & exanimari putat Martialis lib. primo, epigram. 18.

Scelus eſt iugulare falernum.

Inter maledicta, & imprecationes ab Iſaia didicimus recenſeri vinum aqua mixtum; dum dicit: cap. 1. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam; vinum tuum mixtum eſt aqua*. Huiuſmodi aquæ, & vini mixtura à Diuo Maximo ſuper illud *Eſaiæ; Caupones tui miſcent aquam vino*. Subſtantię adulterium vocatur: Quare ſpurcum vinũ puro ſoleat opponi; docet doctus Briſſonius lib. 1. de formulis: non itaque vinum aqua temperandum, ſed pocula moderanda; vinum enim non in ebrietatem, ſed in iucunditatem inuentum eſt: Eccleſiaſt. cap. 31. in fine. *Et animæ, & corpori ſanitati eſſe ſobrium potum*, *ibidem*. Iuxta autem Cyprium à Suida laudatum dicitur vinum Mortalibus datum; vt curas disſiparet: Quare Plin. lib. 23. cap. 1 *Vino*, inquit, *ſtomachus recreatur, appetentia ciborum inuitatur: triſtitia, & curæ hebetatur: vrina, & algor expellitur, ſomnus conciliatur*: ſed in lubrico cautè eſt ambulandum;

ab

ab hilaritate ad ebrietatem lubricus gradus: Vinum ſolitudine gaudet; & ſolum eſſe vult; ideò Merum illi nomen; hoc eſt ſolum, non mixtum: vt notat Becmanus in verbo Merus de orig. ling. lat. Ex Labeonis Antiſtitis ſententia libro decimo Iuris Pontificij: Vinum ſpurcum dici refert Feſtus, cui aqua admixta: Apud Gentiles à laicis reiectum meritoque ſpurcum, quaſi ſpurium; hoc eſt immundum, inquit Iſodorus lib. 20. cap. 3. de potu: Aquilia lege agi poſſe ait Vlpianus in l. 27. §. cum eo planè: qui vinum ſpurcauit, hoc eſt iuxta Budæum aqua infuſa vitiauit: Quare Gentiles à ſuis ſacrificiis huiuſmodi vinum reiecerint, vide Etymologicũ Trilingue in verbo Spurcus. Pari modo è græca, & imputata vite vinum reiectum, quia aquam habet: Plinius lib. 14. cap. 19. & lib. 15. cap. 21. vbi quanta diligentia, & obſeruatio circa vini cuſtodiam, ac præſtantiam adhibenda ſit, docet.

900 *Vir nullius imaginis.*] Plebei, vel, vt rectius loquar, viri ignobilis periphraſis. Apud Romanos, vt notat Carolus Sigonius Romanæ antiquitatis eruditus lib. 2. cap. 19. de iure Ciu. Rom. Nobiles eos fuiſſe, qui maiorum ſuorum habebant imagines; Nouos, qui tantùm ſuas; ignobiles, qui nec maiorum, nec ſuas: Ita nobilitatis nihil aliud erat, quàm ius imaginis, quæ à magiſtratu proficiſcebatur; Vndè collige, imaginẽ pro nobilitate accipi; eiſq. licere eam ſibi ponere;

Digitized by Google

398 *Vinum res delicata.*] non tàm quoad guſtum, quàm ad ipſius virtutem vinum eſt adeò delicioſum, ac delicatum; vt cum eo nonniſi temperatè, ac modeſtè agendum ſit; alioquin malè te accipiet: Nullius rei commertium admittit; nec cum Nymphis quidem, quicquid Plato conſuluerit, rectè conuenire poteſt Bacchus: Aqua enim infuſa vinum, vt eſt in veteri prouerbio, perditur, & exanimari putat Martialis lib. primo, epigram. 18.

Scelus eſt iugulare falernum.

Inter maledicta, & imprecationes ab Iſaia didicimus recenſeri vinum aqua mixtum; dum dicit: cap. 1. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam; vinum tuum mixtum eſt aqua*. Huiuſmodi aquæ, & vini mixtura à Diuo Maximo ſuper illud *Eſaiæ; Caupones tui miſcent aquam vino*. Subſtantię adulterium vocatur: Quare ſpurcum vinũ puro ſoleat opponi; docet doctus Briſſonius lib. 1. de formulis: non itaque vinum aqua temperandum, ſed pocula moderanda; vinum enim non in ebrietatem, ſed in iucunditatem inuentum eſt: Eccleſiaſt. cap. 31. in fine. *Et animæ, & corpori ſanitati eſſe ſobrium potum*, *ibidem*. Iuxta autem Cyprium à Suida laudatum dicitur vinum Mortalibus datum; vt curas diſſiparet: Quare Plin. lib. 23. cap. 1 *Vino*, inquit, *ſtomachus recreatur, appetentia ciborum inuitatur: triſtitia, & cura hebetatur: vrina, & algor expellitur, ſomnus conciliatur*: ſed in lubrico cautè eſt ambulandum;

ab

ab hilaritate ad ebrietatem lubricus gradus: Vinum ſolitudine gaudet; & ſolum eſſe vult; ideò Merum illi nomen; hoc eſt ſolum, non mixtum: vt notat Becmanus in verbo Merus de orig. ling. lat. Ex Labeonis Antiſtitis ſententia libro decimo Iuris Pontificij: Vinum ſpurcum dici refert Feſtus, cui aqua admixta: Apud Gentiles à laicis reiectum meritoque ſpurcum, quaſi ſpurium; hoc eſt immundum, inquit Iſodorus lib. 20. cap. 3. de potu: Aquilia lege agi poſſe ait Vlpianus in l. 27. §. cum eo planè: qui vinum ſpurcauit, hoc eſt iuxta Budæum aqua infuſa vitiauit: Quare Gentiles à ſuis ſacrificiis huiuſmodi vinum reiecerint, vide Etymologicũ Trilingue in verbo Spurcus. Pari modo è græca, & imputata vite vinum reiectum, quia aquam habet: Plinius lib. 14. cap. 19. & lib. 15. cap. 21. vbi quanta diligentia, & obſeruatio circa vini cuſtodiam, ac præſtantiam adhibenda ſit, docet.

900 *Vir nullius imaginis.*] Plebei, vel, vt rectius loquar, viri ignobilis periphraſis. Apud Romanos, vt notat Carolus Sigonius Romanæ antiquitatis eruditus lib. 2. cap. 19. de iure Ciu. Rom. Nobiles eos fuiſſe, qui maiorum ſuorum habebant imagines; Nouos, qui tantum ſuas; ignobiles, qui nec maiorum, nec ſuas: Ita nobilitatis nihil aliud erat, quàm ius imaginis, quæ à magiſtratu proficiſcebatur; Vndè collige, imaginẽ pro nobilitate accipi; eiſq. licere eam ſibi ponere;

Digitized by Google

qui geſſerant Magiſtratus curules; quorum primus erat Aedilitas, vt latius docet, & probat Si. gonius vbi ſupra: Qui nullis imaginibus eſt dicitur nouus homo; qui ex ſe ortus, terræ filius.

186 *Virginea manu.*] dici vix poteſt, quàm dilecta virginitas etiam animalibus; hinc pſitacos, inter alia, puerorum præſentia delectari: mirèq. garrire conſpicimus; Apes ita virginitatis amicæ; vt libidine pollutos; maſtrupratoresq. inſequantur, pungantq. vt habet Plutarchus in problematis: Leo Ceruus à Virginibus paſci amare fertur Plinio.

466 *Virtus pedibus, non curru petendus.*] Virtus in ſublime poſita, ad quam niſi labore, & ſudore cõtendendum: Illud Heſiodi carmen ſatis tritum, ac celebre. *Virtutem poſuere Dÿ ſudore parandam.* ad quã longa via eſt, atque ardua, & aſpera multũ.

Socrates in colloquium cum ſcortillo quodã veniſſe dicitur; ab eoq. audiſſe: *Tibi, ò Socrates, præſto, nam tu ex meis ſectatoribus neminem ad te; ego verò tuos omnes ad me voco, & aduoco: Nil mirum,* inquit Socrates, *Tu enim ad decliue, ego ad arduum virtutis iugum rogo:* ex Xenophonte rerecenſet Aelianus lib. 13. cap. 32.

61 *Viſus præmoritur.*] hoc ex Plinio lib. 7. c. 50. habetur: diminutio quidem viſus ſeneſcentibus familiaris eſt; Sicut enim cor vitę fons ex philoſophorum ſententia, & primum viuens, & vltimum moriens; ſic oculus poſtremò perfici, & primò prę cæteris defici, mortiſq. argumentum eſſe creditur Leuinus Lemnius lib. 4. cap. 6.

Vitam

Digitized by Google

582 *Vitam prorogat ad vmbelicum.*] excluſiuè vſq. ad mortem: vmbilico ſiquidem quatuor vaſa; Vena vnica; Arteria duplex, & Vrachus;annexa ſuſpendunt Hepar, & veſicam;quo ſoluto, ſeu execto vmbilico;vaſa concidunt; & illicò mors ſequitur: Vnde Aegyptij hodie Graſſatores ſuos corio exuunt, vt diutius, & ſęuius excrucientur, ferro vmbilicum non tangunt, compertum enim eſt, eo execto, concidentibus vaſis; eos ſtatim expiraſſe; vt narrat Andreas Laurentius lib. 6. cap. 9. hiſt. Annal. tom. & lib. 8. quæſt. 17. & ſequen. In Vmbilico vitæ noſtræ periodus, quo ſecto vita terminatur.

698 *Vitro ſternitur.*] ad vitri ſimilitudinem viæ gelu ſtratę dicuntur, propterea Ouid. in epiſt. vitream pruinam appellat.

63 *Vitro*] vt inceſſus ſenio debilitatus indiget Scipione,aliquo; ita viſus ſpecillis, quibus opus habet;vt aptius,& acutius videat:abſolutè vitro pro ſpecillis vſus eſt Maphęus Barberinus Cardinalis, mox Diuino ſpirante Numine, Vrbanus Octauus Pont.Max. dictus ode 8. *Docte tuo Galilae vitro.*

Viſus ſubſtantiam conſeruari conſpicillis autumat Arnoldus Medicus non extremæ notę in annot.Salern. minutiora enim laborioſius contuendo oculi fatiſcunt,eorundemq. ſpiritus reſoluuntur: vbi cauſam,quare viſus conſpicillis non defatigetur, videre licet.

505 *Viuere conſtat ambulando*] è Senecæ epiſt. 87. deſumptum;vbi philoſophus de ſuo,quo veheba-

Digitized by Google

tur, vehiculo; hæc dicit: *Vehiculum, in quo impoſitus ſum, ruſticum eſt; Mulæ viuere ſe ambulando teſtantur*. adeò enim macie Mulæ affectę, & infectæ erant; vt ex motu viuere tantum iudicaretur.

652 *Vltrò fert pabula*.] Prati periphraſis: Pratum enim dicitur quaſi paratum, Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 7. Plin. lib. 19. cap. 5.

ad Vmbilicum.] Vide vitam prorogat vſque ad vmbilicum.

828 *ſub Vngue ſanguis*.] dictum adagiale: cuinam non ineſt ſanguis, ac ſenſus ſub vnguibus?

184 *Volucris caueæ aureæ*] auibus natura cęlum aſſignauit, pro libertate adagium: in cauea non canit luſcinia; non enim niſi aere libero cantillat; quo dicendi modo, adagii vice, vſus eſt Philo Iudæus ad Scopulianum Sophiſtam: Quamquam noſtrò tempore arte fit, vt in cauea aliquando canat; id tamen nec diù, nec multum facit: ſic Aulicaſtris contingit; qui in Aula, quaſi in Ergaſtulo degentes; licet illecebris, lenocinijsque non numquam cantillent; rarum tamen eſt, ac perbreue eorum Idyllium.

629 *Vrbs plena negotijs*.] adeo Vrbs Roma negotiis occupata, vt vel in ipſo otio negotiari videatur: Romani noctē conſiliis, & apparatibus dabant; diem verò negotiis; ex Plutarcho quæſt. Roman. cap. 84. colligitur: Veneti veterum Romanorum imitatores nocturno tempore ſua ineunt comitia; diurno expeditius incumbunt negotiis: oportet inquiebat Myſon ad Chylonem

vnum

vnum de ſeptem, dum per hiemem ventilabrum conficeret; præparatos rem aggredi; non inter-agendum preparari.

161 *Vrbs tota eſt via.*] apud I. Conſultos iter dicitur, quo tantùm Pedes, vel Eques ire poteſt: Via verò per quam vehicula, homines, & quodlibet beſtiarum genus abſq. vllo diſcrimine commeant: vide iter.

153 *Vrbs non animantium, at virorum eſt.*] tam iuxta ſenſum litteralem, quàm tropologicum vera Venetiarum Vrbis laus: Vide Veneta in Vrbe.

39 *Vrbani Domini, Patriſque Patrum.*] die 6. Auguſti anno ſalutis 1623. Mapheus Card. Barberinus Tit. S. Onuphrii primus Gregoriano Scrutinio in ſummum Pontificem totius Chriſtianitatis bono electus; Vrbanusq. Octauus nuncupatus, Antonio Barberino, Camillaq. Barbadora vtriſq. Florentinis vetuſta, ac nobili proſapia ortus parentibus, non tam generis ſplendore, quam animi magnitudine, omnigenarũque diſciplinarum notitia preclarus ad id eſt prouectus faſtigiũ, & imperium, vt bellicę glorię ſtudium ad pacis vniuerſę conſeruationem reuocet; chriſtianũq. nomen non ſolum vendicet, ſed etiam propaget; exemploque virtutibus, pręmioque diſciplinis, & Muſis in Palatio iamdudum exulantibus locum, & ſedem fecerit, eaſque propè denudatas auro, & purpura amiciat, & exornet.

803 *Vritur tunſionibus.*] Vro verbum de verberibus de

de virgis Horat. od.4.epod. & lib. 2. ſaty. 7. de frigore,& de quacunque re, cuius cauſa quis accenditur, & inflammatur; vt de ira,amore, odio, & de eo,qui cibo, ſeu potu accenſus vri dicitur; & Burrus vocatur Feſto; vox Hiſpanis vſitata Burracus, ideſt vino rubeſcens, quaſi valde accenſus, vel peruſtus.

388 *Vrſis, gliribus, horridiſq́. Taxis.*] Hoc idem à Iuuenale ſaty. 3. expreſſum.

Rhedarum tranſitus arcto
Vicorum inflexu, & ſtantis conuicia mandræ
Eripiunt ſomnos vrſis,vitulisq́. marinis.

Plinius de altiſſimo Vrſorum ſomno lib. 8.cap.6. Primis,inquit, diebus Vrſi bis ſeptennis tàm graui ſomno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant; Glires ſomniculoſos à Martiale dictos,ſomno deditos;eoq. pingueſcere notũ eſt. Taxi animalis vernaculum prope nomen; idem eſse cum Meli,de quo Plin. lib.8.c.38. diuerſum, iurarem re,ac nomine à Meli hiſpidum, ac mordax,in cauernis habitans, vulpem magnitudine excedens;cui pro cibo ſomnus;præ pinguedine olet,& horret; nulli hominum cibus.

34 *Vſum pedum.*] Videntur Principes pedum vſũ quodammodò amiſiſſe, faſtidio noſtri, vt inquit Plinius in panegyr. ad Traianum, & quodam æqualitatis metu.

530 *Vſus atque fructus.*] eo acceſſit, res alienas ſibi vſurpandi petulantia, vt ſi plus, quàm ſemel, atque iterum eis currus concedas

vſum

vſum;eiuſdem fructum quoque conſequi;aliiſque tanquam iam ſuum commodare locareq́. non dubitent: ab his Hederaceis hamatiſq;amicis longè ambulandum eſt.

70 *Vſus Tyrannus.*] Ariſt. Rhetoric. 4. vbi de iucundis diſputat: Nihil inter naturam, & vſum intereſſe putat; niſi quod intereſt inter ſemper, & plerumque; ſempiternum eſt quod Natura indidit; frequens verò, quod vſus: vnde illud. *Vſus eſt altera natura*: vocatur Tyrannus, quia more Tyranni vim inferẽdo pro libitu ita agit; vt, quod obſoletum, inducat;& inductum deſerat: Idem de rerum, quod de verborum viciſſitudine narrat Horatius in arte Poetica.

Multa renaſcuntur, quæ iam cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula; ſi volet vſus,
Quem penes arbitriũ eſt, & vis, & norma loquẽdi.

Hinc Hyppocrat. de ratione victus: adeò, inquit, valet conſuetudo, vt cibi mali melius nutriant, quàm boni, & inſueti.

1080 *Vuæ in vuam.*] vuam ab vua contactu infici manifeſtum eſt;quo autem id fiat principio, non planè manifeſtum; vt de contagione lib. 1. cap. 3. docet Hierony. Fracaſtorius; ſed quod magis ad ſimilitudinem facit, de qua hic; mirum eſt; quod non è contactu ſolum, ſed è conſpectu vuuam ab vua quaſi quodam faſcino corrumpi refert Iuuenalis ſaty. 2

Vuaq́. conſpectu liuorem ducit ab vua.

ſic ex morum conſuetudine contrahi, & effici liuor, & contagium ſolet; ipſum quoque vinum,

vt ſupra

Digitized by Google

Barbato cuicunque puer.

139 *Veneta in Vrbe.*] Vrbium omnium Vrbs vnica: Numine diuino in ea, in qua exorta, & educata eſt, fide Chriſtiana per tot ſæcula ſemper integra, ſemperque tanta; vt illud Sulmonenſis Vatis de hac Vrbe verius, quàm de qua ipſe Vates cecinit, cani poteſt.

Quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.

24 *Venter ſub tuſſis tunica muſſat.*] licet Cic. crepitus æquè liberos, ac ructus eſſe oportere dicat; & Roterodamus ſatius eſſe aſſerat; natura incitante, aut recedere, ſi liceat, aut deuorato pudore, iuxtà vetuſtiſſimum Prouerbium, *Tuſſi crepitum diſſimulare potius, quàm comprimendo morbum accerſere:* tamen, quàm tacitè fieri poteſt muſſandum; ac euaporandum; Peditus, ſeu crepitus, qui cum ſonitu fit, græcè dicitur πορδὴ; qui verò ſine ſonitu, qui prius ſcilicet naribus, quàm auribus percipitur; dicitur ϲλμὸς. videtur deſcripſiſſe Catullus in Hendecaſyllab.

Subtile, & leue peditum libonis.

Latina lingua caret proprio vocabulo; licet Taubanus in Plauto curcul. 2. 3. in verbo Crepitum, referat reperiri: De Taubano miratus ſum, qui non olfecit inquinamenta Ioſephi Scaligeri in Catullum, & cæteros binos collegas aſperſa; dum teſtem laudat in dicti ſui probationem; crepitum ſine voce, & abſonum dici latinè, Viſium; cum purus putus idiotiſmus Gallicus, ac ſemitalicus: Flatum ſinè ſonitu, aut

crepitu

crepitu exire optimum eſt ; melius autem eſt cum ſonitu exire; quàm reuolui, puta ob retentionem flatus: Hippoc. lib. 2. prognoſt. Aphoriſm. 24 ſect. . . . Arnoldus in annot. Scholæ Salernitanæ de flatu in aluo detento cap. 4. Heliogabalus edicto cauit; ne quis in Senatu ventris flatum remoraretur; cum ex hoc malo Senatorem quemdam interijſſe intellexiſset: Hinc Aegyptij, qui omne numen diuinum à commoditate metiebantur; crepitum ventris tanquam ſalubrem humanæ valetudini; vt numen adorabant.

486 *Venter auarus.*] quare Auarus ventri comparetur, vide Horat. lib. 1. epiſt. ad Vallam: vbi appellat ventrem Auarum.

Quicquid quæſierat ventri donabat auaro. Vide Auarus Venter.

362 *Veredi.*] licèt Veredus nonnumquam pro equo accipiatur, qui publici curſus cauſa præbetur; diſpoſitus equus à Suetonio vulgò *Poſta*: nihilominus Veredos ſignificare equos Rhedæ adiunctos teſtatur Iuretus in Symmacho lib. 7. epiſt. 48. & à vehendo dictos fuiſse demonſtrat Feſtus, & Iſidorus lib. 12. cap. 1. de orig. l. l. Veredarius verò is, qui equo inſidet, dicitur: Metaphoram Veredarij prò Vrbis Gubernatore, ſeu Rectore ductam à Diuo Hieronymo prauè cenſuit; longèq. diuerſum ab ipſius mente interpretatus eſt quiſquis is fuit; qui Calepinum nuper conſarcinauit: de qua re vide Iuretum lib. 7. epiſt. 14. in Symmacho.

Veruto

742 *Veruto iugulanda lex.*] græcè *Obelus*, latinè *Veru*, indè verutum, eſt gladii genus; figura Veru; vnde nomen remanſit vulgò *Verdù*. Nonius ex Saluſtio hiſt. 3. Robert. Conſtant. in Lexico græco, pro virgula apponitur; vbi lectio aliqua falſitatis notatur; vel tollenda tanquam ſuperflua: Iſodorus lib. 1. cap. 19. Aſteriſcus verò ſtellula eſt, in ijs ponitur, quæ omiſſa ſunt, ſeu deſiderantur * vel quæ falſa, vel ſuperflua lectio veru ſignatur — Iſodor. vbi ſuprà.

54 *Vexamur vehiclo.*] non vehi Vector, ſed vexari demonſtratur: vexari enim ab eo, quod eſt vehere, formatum videtur; ineſt, vt ſupra notauimus vis quædam alieni arbitrii; non enim ſui potens eſt, qui vehitur; nam fertur, & raptatur; atque huc, & illuc diſtrahitur; is vexari propriè dicitur: verba ſunt Auli Gellii lib. 2. cap. 6. quem tacet Becmanus de orig. ling. lat. vide Vehiclo.

648 *Via lata.*] in Vrbe eſt via lata à Porta Flaminia media ad D. Marci palatium; per quam noſtris temporibus ſtadii curriculum ſingulis annis pridie Cinerum fieri ſolet; ac curruum quotidianus ſpaciatus: Cuius viæ mentio frequens apud Anaſtaſium Bibliothecarium, vbi D. Lucæ Euangeliſtæ hoſpitium fuiſſe traditur; nunc templum ſanctæ Mariæ in Via lata nuncupatur, apud Martinum Polonum de Vitis Pontificum corruptè legitur: Templum ſanctæ Mariæ Inuiolatæ, pro in Via lata. Quicquid olim magnum, ſeu latum; nomine Baſilici nuncupabatur: Vndè templa, Pa-

latia,

latia, viæ, quæ magnæ, aut latæ erant: Baſilicę dicebantur; vt notat Rodigin. lib. 28. cap. 11. antiq. lectionum.

Vias exigere.] Vide Exigere vias.

793 *Via ſarciri glarea.*] rudere, vel glarea, ſi fortè via fuerit dilapidata; ſarciri poteſt: Interdictum l. 1. ff. de via publ. in hæc verba ſonat. *In viam terrenam glaream inijcere, aut ſternere viam lapide, quæ terra ſit, vel contrà* (vt legunt alii) *de ſtrata terrenam facere interdicitur.*

725 *Via claudicat.*] quia ob viarum inæqualitatem, ob tritas, dilapidatasque vias; currus claudicare, ac titubare dicitur.

691 *Vietos.*] i. ſinè vi. Terentius in Eunuch. *Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex*: veſtem vietam appellauit Lucret. lib. 3. vbi Giſanius.

399 *Vinum auritum.*] quia tonitribus, cæteriſque ſtrepitibus vinum pati ſolet, ei aures tribuuntur; ſicut etiam ſyluis, quæ Orphæi teſtudine ductæ à Poetis auritæ nuncupantur; frigoribus obſtupeſcere vinum ſcribit Plinius æquè, ac ſi ſenſu eſſet præditum lib. 15. cap. 21. Vinum fulmine vapeſcere; colorem, ſaporemque genuinum aboleri refert Leuinus Lemnius lib. 2. cap. 48. de occult. nat. miracul. vbi etiam remedia docet, quibus vini vitia emendantur.

395 *Vinum fugit.*] cum vini ſpiritus euaneſcit; quod remanet, vappa dicitur æolica appellatione; Vinum fugiens, ſpurcum quoque latinis eſt: vide infra vinum res delicata.

Vinum

Digitized by Google

398 *Vinum res delicata.*] non tàm quoad guſtum, quàm ad ipſius virtutem vinum eſt adeò delicioſum, ac delicatum; vt cum eo nonniſi temperatè, ac modeſtè agendum ſit; alioquin malè te accipiet: Nullius rei commertium admittit; nec cum Nymphis quidem,quicquid Plato conſuluerit, rectè conuenire poteſt Bacchus: Aqua enim infuſa vinum, vt eſt in veteri prouerbio, perditur, & exanimari putat Martialis lib. primo, epigram. 18.

Scelus eſt iugulare falernum.

Inter maledicta, & imprecationes ab Iſaia didicimus recenſeri vinum aqua mixtum; dum dicit: cap. 1. *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam; vinum tuum mixtum eſt aqua*. Huiuſmodi aquæ, & vini mixtura à Diuo Maximo ſuper illud *Eſaiæ; Caupones tui miſcent aquam vino*. Subſtantię adulterium vocatur: Quare ſpurcum vinũ puro ſoleat opponi; docet doctus Briſſonius lib. 1. de formulis: non itaque vinum aqua temperandum, ſed pocula moderanda; vinum enim non in ebrietatem, ſed in iucunditatem inuentum eſt: Eccleſiaſt. cap. 31. in fine. *Et animæ, & corpori ſanitati eſſe ſobrium potum*, *ibidem*. Iuxta autem Cyprium à Suida laudatum dicitur vinum Mortalibus datum; vt curas diſſiparet: Quare Plin. lib. 23. cap. 1 *Vino*, inquit, *ſtomachus recreatur, appetentia ciborum inuitatur: triſtitia, & curæ hebetatur: vrina, & algor expellitur, ſomnus conciliatur*: ſed in lubrico cautè eſt ambulandum;

ab

ab hilaritate ad ebrietatem lubricus gradus: Vinum ſolitudine gaudet; & ſolum eſſe vult; ideò Merum illi nomen; hoc eſt ſolum, non mixtum; vt notat Becmanus in verbo Merus de orig. ling. lat. Ex Labeonis Antiſtitis ſententia libro decimo Iuris Pontificij: Vinum ſpurcum dici refert Feſtus, cui aqua admixta: Apud Gentiles à laicis reiectum meritoque ſpurcum, quaſi ſpurium; hoc eſt immundum, inquit Iſodorus lib. 20. cap. 3. de potu: Aquilia lege agi poſſe ait Vlpianus in l. 27. §. cum eo planè: qui vinum ſpurcauit, hoc eſt iuxta Budæum aqua infuſa vitiauit: Quare Gentiles à ſuis ſacrificiis huiuſmodi vinum reiecerint, vide Etymologicũ Trilingue in verbo Spurcus. Pari modo è græca, & imputata vite vinum reiectum, quia aquam habet: Plinius lib. 14. cap. 19. & lib. 15. cap. 21. vbi quanta diligentia, & obſeruatio circa vini cuſtodiam, ac præſtantiam adhibenda ſit, docet.

900 *Vir nullius imaginis.*] Plebei, vel, vt rectius loquar, viri ignobilis periphraſis. Apud Romanos, vt notat Carolus Sigonius Romanæ antiquitatis eruditus lib. 2. cap. 19. de iure Ciu. Rom. Nobiles eos fuiſſe, qui maiorum ſuorum habebant imagines; Nouos, qui tantùm ſuas; ignobiles, qui nec maiorum, nec ſuas: Ita nobilitatis nihil aliud erat, quàm ius imaginis, quæ à magiſtratu proficiſcebatur; Vndè collige, imaginẽ pro nobilitate accipi; eiſq. licere eam ſibi ponere;

qui geſſerant Magiſtratus curules; quorum primus erat Aedilitas, vt latius docet, & probat Sigonius vbi ſupra: Qui nullis imaginibus eſt dicitur nouus homo; qui ex ſe ortus, terræ filius.

186 *Virginea manu.*] dici vix poteſt, quàm dilecta virginitas etiam animalibus; hinc pſitacos, inter alia, puerorum præſentia delectari: mirèq. garrire conſpicimus; Apes ita virginitatis amicæ; vt libidine pollutos; maſtrupratoresq. inſequantur, pungantq. vt habet Plutarchus in problematis: Leo Ceruus à Virginibus paſci amare fertur Plinio.

466 *Virtus pedibus, non curru petendus.*] Virtus in ſublime poſita, ad quam niſi labore, & ſudore cõtendendum: Illud Heſiodi carmen ſatis tritum, ac celebre. *Virtutem poſuere Dij ſudore parandam.* ad quã longa via eſt, atque ardua, & aſpera multũ.

Socrates in colloquium cum ſcortillo quodã veniſſe dicitur; ab eoq. audiſſe: *Tibi, ò Socrates, præſto, nam tu ex meis ſectatoribus neminem ad te; ego verò tuos omnes ad me voco, & aduoco: Nil mirum,* inquit Socrates, *Tu enim ad decliue, ego ad arduum virtutis iugum rogo:* ex Xenophonte rerecenſet Aelianus lib. 13. cap. 32.

61 *Viſus præmoritur.*] hoc ex Plinio lib. 7. c. 50. habetur: diminutio quidem viſus ſeneſcentibus familiaris eſt; Sicut enim cor vitę fons ex philoſophorum ſententia, & primum viuens, & vltimum moriens; ſic oculus poſtremò perfici, & primò prę cæteris defici, mortiſq. argumentum eſſe creditur Leuinus Lemnius lib. 4. cap. 6.

Vitam

582 *Vitam prorogat ad vmbelieum.*] excluſiuè vſq. ad mortem: vmbilico ſiquidem quatuor vaſa; Vena vnica; Arteria duplex, & Vrachus; annexa ſuſpendunt Hepar, & veſicam; quo ſoluto, ſeu execto vmbilico; vaſa concidunt; & illicò mors ſequitur: Vnde Aegyptij hodie Graſſatores ſuos corio exuunt, vt diutius, & ſęuius excrucientur, ferro vmbilicum non tangunt, compertum enim eſt, eo execto, concidentibus vaſis; eos ſtatim expiraſſe; vt narrat Andreas Laurentius lib. 6. cap. 9. hiſt. Annal. tom. & lib. 8. quæſt. 17. & ſequen. In Vmbilico vitæ noſtræ periodus, quo ſecto vita terminatur.

698 *Vitro ſternitur.*] ad vitri ſimilitudinem viæ gelu ſtratę dicuntur, propterea Ouid. in epiſt. vitream pruinam appellat.

63 *Vitro*] vt inceſſus ſenio debilitatus indiget Scipione, aliquo; ita viſus ſpecillis, quibus opus habet; vt aptius, & acutius videat: abſolutè vitro pro ſpecillis vſus eſt Maphęus Barberinus Cardinalis, mox Diuino ſpirante Numine, Vrbanus Octauus Pont. Max. dictus ode 8. *Docte tuo Galilae vitro.*

Viſus ſubſtantiam conſeruari conſpicillis autumat Arnoldus Medicus non extremæ notę in annot. Salern. minutiora enim laborioſius contuendo oculi fatiſcunt, eorundemq. ſpiritus reſoluuntur: vbi cauſam, quare viſus conſpicillis non defatigetur, videre licet

505 *Viuere conſtat ambulando*] è Senecæ epiſt. 87. deſumptum; vbi philoſophus de ſuo, quo veheba-

tur,vehiculo;hæc dicit:*Vehiculum, in quo impoſitus ſum, ruſticum eſt;Mulæ viuere ſe ambulando teſtantur*. adeò enim macie Mulæ affectę, & infectæ erant;vt ex motu viuere tantum iudicaretur.

652 *Vltrò fert pabula*.] Prati periphraſis: Pratum enim dicitur quaſi paratum, Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 7. Plin. lib. 19. cap. 5.

ad Vmbilicum.] Vide vitam prorogat vſque ad vmbilicum.

828 *ſub Vngue ſanguis*.] dictum adagiale: cuinam non ineſt ſanguis, ac ſenſus ſub vnguibus?

184 *Volucris caueæ aureæ*] auibus natura cęlum aſſignauit, pro libertate adagium: in cauea non canit luſcinia; non enim niſi aere libero cantillat; quo dicendi modo, adagii vice, vſus eſt Philo Iudæus ad Scopulianum Sophiſtam: Quamquam noſtrò tempore arte fit, vt in cauea aliquando canat; id tamen nec diù, nec multum facit: ſic Aulicaſtris contingit; qui in Aula, quaſi in Ergaſtulo degentes; licet illecebris, lenocinijſque non numquam cantillent; rarum tamen eſt, ac perbreue eorum Idyllium.

629 *Vrbs plena negotijs*.] adeo Vrbs Roma negotiis occupata, vt vel in ipſo otio negotiari videatur: Romani noctē conſiliis, & apparatibus dabant; diem verò negotiis; ex Plutarcho quæſt. Roman. cap. 84. colligitur: Veneti veterum Romanorum imitatores nocturno tempore ſua ineunt comitia; diurno expeditius incumbunt negotiis: oportet inquiebat Myſon ad Chylonem

vnum

vnum de ſeptem , dum per hiemem ventilabrum conficeret ; præparatos rem aggredi ; non inter-agendum pręparari.

161 *Vrbs tota eſt via* .] apud I. Conſultos iter dicitur, quo tantùm Pedes, vel Eques ire poteſt: Via verò per quam vehicula, homines, & quodlibet beſtiarum genus abſq. vllo diſcrimine commeant : vide iter.

153 *Vrbs non animantium, at virorum eſt* .] tam iuxta ſenſum litteralem, quàm tropologicum vera Venetiarum Vrbis laus : Vide Veneta in Vrbe.

39 *Vrbani Domini, Patriſque Patrum.*] die 6. Auguſti anno ſalutis 1623. Maphęus Card. Barberinus Tit. S. Onuphrii primus Gregoriano Scrutinio in ſummum Pontificem totius Chriſtianitatis bono electus; Vrbanusq. Octauus nuncupatus, Antonio Barberino, Camillaq. Barbadora vtriſq. Florentinis vetuſta, ac nobili proſapia ortus parentibus, non tam generis ſplendore, quam animi magnitudine, omnigenarũque diſciplinarum notitia pręclarus ad id eſt prouectus faſtigiũ, & imperium, vt bellicę glorię ſtudium ad pacis vniuerſę conſeruationem reuocet ; chriſtianũq. nomen non ſolum vendicet, ſed etiam propaget; exemploque virtutibus, pręmioque diſciplinis, & Muſis in Palatio iamdudum exulantibus locum, & ſedem fecerit, eaſque propè denudatas auro, & purpura amiciat, & exornet.

803 *Vritur tunſionibus.*] Vro verbum de verberibus

de

Digitized by Google

de virgis Horat. od.4.epod. & lib. 2. ſaty.7. de frigore,& de quacunque re, cuius cauſa quis accenditur, & inflammatur; vt de ira,amore, odio, & de eo,qui cibo, ſeu potu accenſus vri dicitur; & Burrus vocatur Feſto; vox Hiſpanis vſitata Burracus, ideſt vino rubeſcens, quaſi valde accenſus, vel peruſtus.

388 *Vrſis, gliribus, horridiſq. Taxis.*] Hoc idem à Iuuenale ſaty. 3. expreſſum.

Rhedarum tranſitus arcto
Vicorum inflexu, & ſtantis conuicia mandræ
Eripiunt ſomnos vrſis, vitulisq. marinis.

Plinius de altiſſimo Vrſorum ſomno lib. 8.cap.6. Primis,inquit, diebus Vrſi bis ſeptennis tàm graui ſomno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant; Glires ſomniculoſos à Martiale dictos,ſomno deditos;eoq. pingueſcere notũ eſt. Taxi animalis vernaculum prope nomen; idem eſse cum Meli,de quo Plin. lib.8.c.38. diuerſum, iurarem re,ac nomine à Meli hiſpidum, ac mordax,in cauernis habitans, vulpem magnitudine excedens;cui pro cibo ſomnus;præ pinguedine olet,& horret; nulli hominum cibus.

34 *Vſum pedum.*] Videntur Principes pedum vſũ quodammodò amiſiſſe, faſtidio noſtri, vt inquit Plinius in panegyr. ad Traianum, & quodam æqualitatis metu.

530 *Vſus atque fructus.*] eo acceſſit, res alienas ſibi vſurpandi petulantia, vt ſi plus, quàm ſemel, atque iterum eis currus concedas

vſum

vſum;eiuſdem fructum quoque conſequi;aliiſque tanquam iam ſuum commodare locareq. non dubitent: ab his Hederaceis hamatiſq;amicis longè ambulandum eſt.

70 *Vſus Tyrannus.*] Ariſt. Rhetoric. 4. vbi de iucundis diſputat: Nihil inter naturam, & vſum intereſſe putat; niſi quod intereſt inter ſemper, & plerumque; ſempiternum eſt quod Natura indidit; frequens verò, quod vſus: vnde illud. *Vſus eſt altera natura*: vocatur Tyrannus, quia more Tyranni vim inferẽdo pro libitu ita agit; vt, quod obſoletum, inducat;& inductum deſerat: Idem de rerum, quod de verborum viciſſitudine narrat Horatius in arte Poetica.

Multa renaſcuntur, quæ iam cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula; ſi volet vſus,
Quem penes arbitriũ eſt, & vis, & norma loquẽdi.

Hinc Hyppocrat. de ratione victus: adeò, inquit, valet conſuetudo, vt cibi mali melius nutriant, quàm boni, & inſueti.

1080 *Vuæ in vuam.*] vuam ab vua contactu infici manifeſtum eſt;quo autem id fiat principio, non planè manifeſtum; vt de contagione lib. 1. cap. 3. docet Hierony. Fracaſtorius; ſed quod magis ad ſimilitudinem facit, de qua hic; mirum eſt; quod non è contactu ſolum, ſed è conſpectu vuuam ab vua quaſi quodam faſcino corrumpi refert Iuuenalis ſaty. 2

Vuaq́. conſpectu liuorem ducit ab vua.

ſic ex morum conſuetudine contrahi, & effici liuor, & contagium ſolet; ipſum quoque vinum,

vt ſupra

Digitized by Google

vt ſupra tetigimus, vitiari vicinitate, ex Plinij teſtimonio planum eſt, & Senecæ in lib. 3. de ira; ex tranquillitate vitæ: *ſerpent*, inquit, *vitia, & in proximum quemque tranſiliunt; & contactu nocent:* idem ad Lucillum: *vim præcepti obtinet frequenter aſpici, frequenter audiri.*

39 *Vulpes vt ceraſum*] Similitudo, & Apologus trita res: Gabrias vetuſtus author græcus de vua refert, alii de ceraſo: nos olim paraphraſticè de Vulpe, & pomis conteximus iambum.

Vulpes vt arborem aſpicit rubentibus
Pomis refertam: Nunc, ait, pulcherrime
Mi venter, ad gulam vſque iam repleberis:
Ter nixa ſaltu pulchra poma carpere
Truncum per ipſum nixa ter conſcendere:
Sed laſſa tandem ſuſpicit; ſunt omnia.
Acerba; dixit: arbor atque peſſima.

Quæ non poſſumus aſſequi; libenter
Dictis vituperare nos ſolemus.

F I N I S.

Digitized by Google

NOTIS IN PRIMAM ELEGIAM *prætermiſſis. In alteram dantur aliæ.*

NI *perfida ſtrata*] quę Propertio li 4. eleg. 4. via; hic ſtrata perfida dicitur: De ſtratæ voce ſatis in Phaletij notis.

Armatus petaſo) non ſolum ad vim inferendã, ſed ad quarumcunq. rerum iniurias propulſandas armatus quis dici poteſt, vt petaſo, veſte, & ſimilibus; exempla obuia apud veteres I.C. vt quosuis alios, latinos.

Petaſo.) galeri ſpecies latioris marginis, quo tã ad ſolem, quàm ad imbres arcendos vtuntur Viatores; quo Mercurius Viatorum Præſes inſigniri, depingiq ſolet; idq. non tam ex pictura, quàm ex ſculptura; ac muſiuo opere ex effoſis nuper parietinis verum conſpeximus.

Perone.) vile, agreſtèque calciamenti genus; hibernoq. tempori accommodatum quis neget? ex Iuuenal. ſaty. 14. patet.

--- quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi.

ex Ioan. Sariſberienſe non incelebri Authore.

Trita tegunt frontem pilea, pero pedem.

Inter manſuetiora, honeſtioraque calciamenta Peronem referri habes à Ludouico Cerda 7. Aeneid. Aliud eſt Græcis, Perone, quàm Pero latinis: illis quidem fibula; his calciamentum de quo Tiraquell. in l. 3. connub. in lexico ibi appoſito.

Lacerna.] penula Viatorum craſſiori lana, piloue ad hiemis incommoditates expellendas contexta.

Non ſol, non imber.] duobus anni temporibus iter vbique periculoſum; ſub Cane Romam Neapolim; & hinc Romam diſcedentibus adeò eſt certa mors; vt periculum faciētes in aliud certæ Mortis periculum incurrant. Flantibus, ſæuientibusque ventis domi continendum; minimèque progrediendum, docent euentus ineuitabiles; tàm in mari, quàm in terra ex illius venti turbine; quem Galli, vt putat Aulus Gellius, Circium vocant. Quidnam non diruit, non euertit, non confundit, non cælo terram; terraque cælum, vt dicitur, miſcet? Equitem cum equo propè Vrbem, cui Circius olim nomen fecit, Maleuentum, modò Beneuentum nuncupatur, ſemel arreptum; ſublimemque delatum, diùque per aerem circumactum; &, quocunque tulerit caſus, proiectum interiiſſe narrat Procopius lib. primo Hiſt. Eodemque vento inſaniante Cambyſes exercitum in Aegypto arenis obrutum fuiſſe Strabo lib. 17. Quo modo per inuia, & inaquoſa nemora ventorum rabie ingruente errantes homines in viam ad hominumque hoſpitia reducantur, Franciſcus Iunctinus Comment. in Ioan. de Sacroboſco in fine demonſtrat; non expertus, extrà aleam ſedens, iocatur.

Audi ſacra prius.] vt ibi, quod agis, feliciter cedat; imprimis Dei Regnum quærendum. Etiā Ethnici

Digitized by Google

Ethnici profecturi, iterque facturi Herculi, aut Sanco, vt inquit Feſtus, ſacrificabant: Plautus in Mercat. 5. 2. Lares viales, tanquam viæ Præſides, inuocari ſolitos.

Ne mala res greſſus faſcinet.] Res mala pro infortunio etiam Plauto in Mercat. accipitur: Dari faſcinum nulla dubitatio; id autem an oculo, an voce, an tactu fiat, diſceptandum aliis relinquo: Adi Vairum in lib. de Faſcino: & Delrium diſquiſit. magic. lib. 3. quæſt. 4. ſect. 1. Faſcini Etymon videtur duplex, vtrumque è græco deriuatum: Alterum à φαεσί ϗ κτειν, ideſt ab oculis lædendis, vt plurimum enim ex oculorũ intuitu prodit: Alterum à greſſu, vel inceſſu corrumpendo; ægrè enim qui faſcino corruptus greſſum trahit: A Dæmonum præſtigiis faſcinationes euenire plerumque ſolent: Nullum efficacius, ac præſentius reperitur amuletum: quàm ad Deum confugium: Ad aueruncandum faſcinum cæcæ quoque Antiquitati quædam erat cõceptis verbis oratio ad Deam Nemeſim, vt refert Vairus, tacito Plinio, nat. hiſt. lib. 28. cap. 2, Nemeſis habebatur vltrix impiorum facinorum. rerum arbitra, quam alii Iuſtitiæ filiam, alii nuntiam fecerant: Plato in 4. de leg. & Ammian. Marcell. Lilius Giraldus fuſius ſintagm. 16.

Vt nec opes minuit Pietas.] Aurea, & catholica à Peregrinantibus obſeruanda gnomá: In potiori ſignificatu Deum, Patriam, Parentes, reliquoſque alios, quos colere, venerariq. tenemur,

Digitized by Google

pietas reſpicit: de qua Franciſcus Picolomineus noſtri tẽpis Philoſophorũ princeps; cuius aliquã-do Patauij auditorem fuiſſe ſemper gloriabor; dilucidè tractat. grad.4.c.35.de moribus. Pro liberalitate,quæ charitati affinis eſt, pietas hic vſurpatur, Miſericordia etiam dicitur;licet miſericordia charitati iuxta D.Th.2.2.q.3.ar.1. Pietas verò Iuſtitiæ dicatur annexa,ibid.2.2.q.101.ar.1. Pietas ſiquidem ad præſtandã reuerentiam;Miſericordia ad proximi neceſſitates ſubleuandas mouet,& impellit: Vtraq. pro charitate,ac liberalitate vulgò vſurpari ſolet.Proptereà Deus iuxtà hãc acceptionem Iud.7.& Eccl.2. Pius,& miſericors nuncupatur; ſicut D.Aug.lib.10.cap.1.de Ciuit. Dei docet: vbi Leonardus Coqueus; more vulgi,inquit,Auguſt. vbi ſupra, in operibus miſericordiæ nomen hoc pietatis,præter alios,à Plauto vſurpatum; dum in Penulo.*Tua*,inquit,*pietas nobis planè auxilio fuit.*

Sic neque ſuſceptũ Miſſa retardat iter.] conſentanea ſtat comparatio:non eſt alienum Miſſam pro illo ſacroſancto ſacrificio accipi, ac ciuitate Latina non ſolum donatum:ſed inde oriundum, omnique veneratione dignum eſſe vocabulum: Non enim ab alio fonte, quàm à Latino deriuari docet Ioan. Steph. Durantus lib.2.cap.1.num.1 de ritibus Eccleſ. quod & Card. Belarm. firmat lib.1.de Miſſa cap.1. Quoad Miſſæ nomen apud Veteres Patres latinos antiquiſſimum eſſe, eoq. pro ſacrificio vſos probat Durant.vbi ſup. n.6.7. & 8.

& 8. Græcos Miſſam aliquando liturgiam, ideſt, officium, miniſterium, ſeu munus publicum; aliquando Myſtogogiam, hoc eſt ſummum miniſterium; nonnunquam Teletim, quod eſt myſterium arcanum, atque aliis nominibus, quæ vel oblationem, vel incruentum ſacrificium, vel ſacrificii immolationem ſonant, appellaſſe demonſtrat. Cur Ethnicorum, aliarũq. gentium vocabulis, quibus iſti ſua denotarũt ſacrificia, quàm hoc noſtro, eodemq. latino, neſcio qui rerũ Eccleſiaſticarũ, ac vocũ nauſeabundi vti maluerint? quo ſanè nihil ꝓprius, nihil ſignificantius noſtrum ſacrificium, q̃ Miſſę nomine à ſanctis Patribus, ſacrisq. Conciliis fuit demonſtratum, ac comprobatum.

Rem qui diuinam faciat.] pro ſacrificare tã abſolutè, quàm cum adiuncto, facere accipitur; etiam penes ſcriptores Eccleſiaſticos Leu. 15. & 23. Exod. 10. *Et faciemus Dño Deo noſtro.* i. ſacrificabimus. ibid. c. 29. *Iuuencum pro peccato facies.*

Aerea muni te Cruce.] Crucem æream vocat; quæ, dum ſuper re etiam non tacta, nec præſente, manu dextera fit, in modũ crucis aerẽ ſcindit, ac ſignat. Quantæ ſit efficaciæ, virtutiſq. Crucis ſignaculum: D. Auguſt. in ſerm. 19. de Sanctis: *Signum Crucis,* inquit, *ad coronam prouehit, maleficia deſtruit, & omnia Dæmonũ machinamenta ad nihilũ redigit: & quod faciebat in terris corporis Chriſti præſentia, hoc facit cũ fidei inuocatione nominis Chriſti victorioſæ Crucis inſignita memoria.* S. Athanaſius lib. 8. de incar. Verbi. *Signo Crucis,* inquit,

inquit, *magica omnia compeſcuntur; veneficia inefficacia ſunt: Idola vniuerſa deſeruntur; omnis irrationalis voluptas conquieſcit*. Quando, quibuſque in rebus armatura Crucis adhibenda ſit; monet Tertullian. de Corona militis: *Ad omnem progreſſum, atque promotum; ad omnem aditum, atque exitum, ad calciatum, ad menſas, ad lauacra, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quomodocumque nos conuerſatio exercet: frontem Crucis ſignaculo teremus:* Breuius, & elegantius ſanctus Hieronymus epiſt. 22. cap. 16. ad Euſtochium: *Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat Crucem. Itinerantibus, iterve facientibus Crux aduerſus inſidias Dæmonum, qui aurata Capitolia*, inquit Origenes, *non timent, Crucem timeat: armatura fidiſſima*: plura ac pulchra Ioan. Stephanus Durantus, de cuius rerum omnium doctrina, tamquam admiratus, me Cruce ſigno, lib. 2. cap. 45. de Ritibus Eccleſiæ Catholicę collegit.

Fide Deo comitatus] Nobis niſi ſocia Dei gratia, nihil feliciter cedit; Comitor etiam paſſiuè accipitur obuia patent exempla.

Tutus eris.] Battologia non ocioſa: Turris fortiſſima nomen Domini: Salomon Prouerbiorum cap. 18.

Si breue conſtat iter.] An quid tibi ſumendum ſit ante, quam te in viam des, admonitio ſeruanda: vniuſcuiuſque eſto arbitrium, & appetitus.

Vſus equo, aut curru eſt.] vſus eſt eiuſdem ſigni-

gnificatus;& conſtructionis,cuius eſt opus: Virg. Cic. Terent. & Plauto familiaris phraſis.

Aliud ſi viſere cælum.] pro aere, & climate cælum ſumitur Horat. cap. 11.

Calũ non animũ mutant, qui trans mare currunt!

Pacta voles, quacumque facit Veterinus iniquus.] iter habiturus equo, vel curru, quomodo te geras, tibi hic plura obſeruanda ſunt: Veterinus abſolutè etiam dicitur, pro Veterinario, qui ſcilicet iumenta ad quæſtum ſolet locare, ac vehere: Vnde à Vulgo Italico, cui *Viturinus* eſt, à vehendo vtriuſque nominis deriuatio eſt.

Lætius vt peragas tædia longa viæ.] ad iter breue non opus eſt ientare, ad longum autem omninò: Abraham, vt habetur Geneſ. 18. eos, quos peregrinantes vidit; inuitauit, vt ſumerent bucellam panis ad cor fulciendum, quo facilius poſteà iter conficere poſſent.

Supplicij eſt quoddam ductile Rheda genus.] Rhedæ quaſſatio,quæſtioni, ſeu torturæ non abre æquiparatur.

Humani hoſpitij teſſera, fracta iacet.] omiſſis aliis aliarum rerum teſſaris; erat hoſpitalis teſſera; quam Plautus in Penul. 5. 1. appellat Deum hoſpitalem; qua hoſpitii ius ità contrahebatur à Parentibus; vt in poſteros traduceretur: vt Lambinus in Plauto; & Beroaldus in Suet. aduertunt: Ea è ligno longiuſculo vtrinque cõplanato,& exæquato; ſicut cæteræ aliæ, fiebat: Iidem ibidem: Qui hoſpitio excipiebantur, teſ-

ſeram

ſeram incidentes; dimidiam eius partem retinebant; reliquam partẽ ijs relinquebant; à quibus erant excipiendi: ita, vt, ſi opus eſſet, vel ipſos, vel ipſorum poſteros, vel amicos eodem rurſus vti hoſpitio, dimidiata oblata teſsera, hoſpitii ius, atque neceſſitudo intelligeretur renouata: teſtatur Scholiaſtes Euripidis Hyppol. ita Romani quoque teſseram ſolebant dare hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque obtuliſset; ad hoſpitium continuò agnoſci poſset; & hoſpitio tanquam amicus, & hoſpes excipi: Huiuſmodi verò teſsera duplici de cauſa frangebatur: Primum, cum quis hoſpitii ius violaſset; & id non ſine violati hoſpitii nota: Deinde, cum aliquem contracti hoſpitij pœnituiſset; ne hoſpitij ius violaſse intelligeretur; hoſpitium renuntiabat, teſseram cõfringendo: vt clarum habetur exemplum apud T. Liuium lib. 35. Badius ille Campanus, vt cum Criſpino Romano hoſtili animo congredi poſset; in duorum exercituum conſpectu, hoſpitium ſolemniter renuntiauit: ne fracti hoſpitij nota vſquam inureretur: Vide, ſi placet, Budæum in Pandect. & Interpretes in Plauti Penulum 5. 1.

Humani hoſpitij.] Hilari vultu, omnique humanitatis genere ſunt excipiendi hoſpites: A Ioue ſiquidem; diuinè inquiebat Homerus in Odiſsea, *Omnes hoſpites, & Egeni veniunt*: Antequàm eos prandio excipias, cuiates, & quales ſint, non eſse interrogandos; ſed poſtquam ſunt epulis refecti; apud eumdem Homerum habes:

Non niſi à prandio Neſtor Telemachum, & Mineruam interrogat; Qui ſint, & vndè venerint: Notis, & Ignotis hoſpitia communia, ac libera fore; quod apud Germanos obſeruari infert Tacitus de Germ. moribus, ac Iulius Cæſar lib. 6. comm. eos hoſpitalitatis plurimum commendat: In magno Conſtantinopolitano Xenodochio egregium Græcum extat Epigram. cuius poſtremi verſus ità Latinè ſonant.

Ciuis, & hoſpes erit gratus; nam qualis, & vndè
Natus es, hoſpitii quærere iura vetant.

Hoſpitibus nunc rara fides.] illa hoſpitalitas, quæ per teſſeram vtro citroque exercebatur; Tertulliano de præſcription. cap. 20. dicitur hoſpitalis conteſſeratio; noſtris temporibus rarò initur, &, vt cum Tertulliano loquar, conteſſeratur: illa etiam, quæ gratuitò fit, cum olim habita fuerit in pretio, & in præcepto ſit; friget: Ne putes à Conſtantino Imperatore Clericis; quibus ab Apoſtolo cap. 13. ad Hebræos pręcepta eſt hoſpitalitas; inhiberi in l. 1. Cod. de Epiſcop. & Cleric. ibi ſub finem. *Prætereà neque hoſpites ſuſcipiatis.* debet intelligi de onerosis hoſpitibus, non gratuitis, nec de liberali hoſpitandi conſuetudine, de qua ſupra: De mercenaria hoſpitalitate; de qua hic ſermo, & admonitio eſt; pauca referam: Aduenas, & Viatores excipiēdi ratio in vſu Veteribus fuiſſe, ſpectatur

ex illo, quod Tullius lib. 1. de Diuinat. recenſet; exemplo. cuius verba huc, quia ad rem plurimũ faciunt, referre ne pigeat.

Cum duo quidam Arcades familiares iter vnà facerent, & Megaram veniſſent: alterum ad Cauponem diuertiſſe; ad hoſpitem alterum; Qui vt cænati quieſcerent: concubia nocte viſum eſſe in ſomnis ei, qui erat in hoſpitio: illum alterum orare, vt ſubueniret, quod ſibi à Caupone Interitus pararetur: Eum primo perteritum ſomnio ſurrepiſſe, deinde cum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet: recubuiſſe: tum ei dormienti eundem illum viſum rogare, vt, quoniam ſibi viuo non ſubueniſſet: mortem ſuam, ne iuultam eſſe pateretur: ſe interfectum, in plauſtrũ à Caupone eſſe coniectum, & ſuper ſtercus iniectũ; petere, vt manè ad portam adeſſet prius, quàm plauſtrum ex Opido exiret: hoc verò ſomnio eum commotum, mane bubulco præſtò ad portam fuiſſe, quæſiſſe ex eo, quod eſſet in plauſtro, illum perteritum fugiſſe: mortuum erutum fuiſſe; Cauponem, re patefacta, pœnas dediſſe. hucuſque Cic. ſæpè quidem ſomnia non ſunt ſomnia. De peſſimis, & ignominioſis Cauponum moribus, vide Athænæum lib. 12. Plutarc. 2 probl. ſimpoſ. 19. Platonem in 10. de leg. qui interdicit ſuis Ciuibus Cauponiam, tanquam rem illiberalem; omniumque ſcelerum ſentinam: Claudius Cæſar, Dione teſte Caupones Romæ ſuſtuliſſe fertur, tanquam famæ, ſalutis, fortunarumque diſpen-

dium.

dium, ac detrimentum.

Non hoſpes at hoſtis] annominatio ab vno eodemque fonte deducta, vt notat Becmanus: quē nos hoſpitē, & peregrinum vocamus, Veteres hoſtem dicebant; quique nobis inimicus; illis perduellis erat; vt vult Ianus Guielmius in Antiquario.

Huc vbi peruentum.] ineptæ menſæ, illiberalis; ac planè ruſticanus apparatus.

Pendulus is menſæ in medio.] inciſorius culter alligatus reſticulo ex aliquo contignationis tigillo pendere, & conuiuis, prout opus eſt, adhiberi apud nonnullos Sarmatiæ Tabernarios dicitur.

Quadra nitet, nitet vncta tamen.] ironia, ironiæq. ironica correctio: à forma dicitur quadra; ſicut & orbis, vbi edulia diſponuntur; carneſque inciduntur: ex aceruo ad tenuioris, è ſtanno, ſeu figlino ad mediocris fortunæ; ex argento autem ad Principium, & locupletum vſum conficiuntur Orbes huiuſmodi.

Lanx, quod & à Cochleæ nomine nomen habet.] Vas latum, rotundumque lanx eſt; vbi imponuntur edulia: Cochlear, quo pulmentum; & liquidiora iuſcula exhauriūtur, à Cochlea deducitur; de qua re Martialis diſtichon extat: Columellæ Tudicula dicitur.

Accipitris ſatius more comeſſe foret.] ab accipiendo, quæ volucrum prædo Martialis eſt, ſolet hæc volucris cibum ſuum capere, & eſſe; Talis

eſt quorũdam hominũ mos edendi, vt animi mores eorundem non tam in menſa, quàm in rebus aliis rapaces, ſibique tantum inſeruientes agnoſcas.

Non prius elixa, aut prius aſſa.] in ruſticali menſa eduliorum non ſeruatur ordo; ſimul omnia apponuntur; præpoſtereque eduntur: In vſu Mortalium, vt tradit M. Varro, primò aſſa, ſecundò elixa, tertiò iurulenta fuerunt: Carnem autem ait Cor. Celſus, magis alere iurulentam; quàm aſſam, aſſam magis, quàm frixam: Elixatio, quàm aſſatio tùm ad cruditatem tollendam tum ad reliqua concoquendum erit ſalubrior: In ſympoſiis ordinandis pro cuiuſque regionis more ſeruanda conſuetudo; licet prius elixa, mox aſſa, poſtremo bellaria paſſim apponantur: Plato autem lib. 3. de Repub. Bellaria damnat, ac tolli iubet.

Sed quem non tenerum?] apud Athænæum adagium eſt. Maza eſurienti charior auro; Maza cibus vilis erat; licet aliquando pro delicato ſumatur, vt eſt videre apud Authores: Seneca ad Lucillum epiſt. 123. *Vbi malum panem inquis, expecta, bonus fiet: illum tenerum tibi, ac ſiligineum reddet fames; neque eſt antè edendum, quàm illa imperat.* ſiligo, eſt tritici ſpecies, ſeu, vt Plinius loquitur, tritici diliciæ, vnde candidiſſimus, & laudatiſſimus fit panis: Aliud autem eſt ſecale; ex quo panis cibarius, ſubniger, & ob amaritiem ſubtriſtis, guſtuique ingratus, & abdomini inimicus

micus

micus; amicus verò incolumitatis; Farro quidem, vel tritico temperatum, panem ad arcendam famem, ſubducendamque aluum vtilem conficit.

Vina licet fugiant.] Vappa cuius nomine latinis tàm vinum fugiens, quàm ſpurcum, hoc eſt lymphatum appellabatur; ſitienti optimũ quodque: vide, quæ in phaletii notis diximus.

Non fugiunt.] etiam ſi vina fugerint; ætatemque non tulerint; in Vappamque abierint, ſitientibus non fugiſſe, iucundaque viſa eſſe cenſentur.

Et quamuis miseræ deſpument vina Velitra.] Velitras Latii ciuitatem non tam ob ipſius varias viciſſitudines appellat miſeras; quàm quod decoquat vinum; quod inſuaue, &, vt Lucilius apud Feſtum, crucium, quod ſcilicet cruciat; inexpertis apparet; cibarium tamen operariis, optimè euadit.

Bacche precor, poſtquam liber. & cæt.] Huc cauſas, quibus Bacchus Liber vocetur, referre fugio, ne longior ſim; quas Seneca, Plutarchus, Diuus Auguſtinus lib. 6. cap. 9. de Ciuitate Dei: vbi & ipſe plus ſatis liberam reddit cauſam; & L. Giraldus ſyntagm. 8. recenſet: in hoc omnes conueniunt; quod dicatur Liber; quia animum curis liberet; triſtitiamque abigat; quemadmodum Ouid. de art. Amandi cecinit.

Cura fugit, multo diluiturq. meco.
Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,

Tunc

Tunc dolor, & curæ, rugaq. frontis abit.

Alma Ceres, Liberq. merus.] Cereris prius, quã Bacchi munus apparuit Mortalibus; in ſympoſijs tamen Bacchus fert primas, ſecundas Ceres, oẽs verò ſympoſiarchæ vultus alacritas, & hilaritas.

Itur dormitum.] ſtrati domicilijque notatur infamia; vbi culcitra ſinè linteis, ſolo centone exornata; vbi propter Culices, & Cimices, nullus ſomnus; vbi ob culicum ictus, & ſugillationes, inſomniſque noctis contractum pallorem Aduena alterum à ſe ipſo in ſpeculo intuetur, nec ſe ipſum inuenit.

Siſtite Mortales.] eos arguit, quibus animus non minus, quàm pedes peregrinantur; prurit, loco que ſtare neſcit; quò peregrinandi vitio notantur Circulatores, Agyrtæ, Medici circumforanei, de quibus in l. 6. ff. de excuſat. ſophiſtæ, quos Plato in Protagora; & Iſocrates in laudem Helenæ, errones appellant.

Spacia conficiat.] ſpacium conficere, aut facere pro ſpaciari; inde ſpaciatum dixit Cato in Annal. teſte Feſto, pro Errone, aut Ambulone.

Agitet per vireta pedes.] Propertio lib. 2. Eleg. vltima, agitare veſtigia idem eſt, quod agitare pedes; hinc Agipedes, & Exercipedes pro Ambulatoribus in Antiquarii ſupplemento deducuntur.

Vel non appoſitus, vel ſal eſt abſque ſalillo.] ſalem hoſpitibus olim apponi ſolitum in amicitię, & vnitatis ſymbolum; omnes conueniunt Autho-

thores: Euſtathius Homeri Interpres 1. Iliad. rationem aſſignet; quam omiſſo græco, latinè exponam: Sicut enim, inquit, ſal ex multis aquis fuſilibus in vnum ſolidum corpus coaleſcit; ſic etiam qui ex diuerſis locis. longiq́ue diſſitis in vnum hoſpitium conueniunt, non loco ſolum, ſed amico quoque affectu vniuntur, & copulantur: Huc Pythagoræ ſymbolum tendit; ſalem apponendum præcipientis; vt notat Lilius Giraldus in Pythagoræ ſymbolis: ſunt, qui ſalem apponi fugiunt; vt olim Aegyptij, quos quemadmodum & Sathan à ſale abhorrere legimus; ſed alia ratione illos, alia verò iſtum: Aegyptii ſiquidem ob libidinis irritamentum abhorrent ſalem; nec abeſt à verò; à ſale enim ſalaces, petulantiæ nomen; ex abraſo ſale Mures prægnantes. fieri tradit Ariſt. necnon è Sale Venerem ortum ſibi vendicaſſe, & huc Cæli virilia Saturni falce amputata prolapſa fuiſſe nugantur ſcholæ ſymbolicæ: Sathan autẽ ideò ſalis oſor eſſe perhibetur, quia ſal, qui à corruptione, & putredine omnia conſeruat; immortalitatis gerit ſignum; Sathan, rerum æternarum inuidus, Dei operibus aduerſari contendit; earumq́ue diſſolutionem, corruptionemq́ue procurat; Vnde Leuit. 2. *Sale condiri ſacrificia Deus prçcepit*.

Inſperſus menſæ.] Salinum cum ſale in menſa poni religioni fuiſſe Antiquis refert Feſtus; ibiq́. ponit rationem, vt adnotat Turnebus lib. 10. cap. 22. aduerſ. Salem autem immenſa euerti, & diſſipari

diſſipari ominoſum habitum recenſet Goropius lib. 6. Saxonicæ, & hanc ob cauſam apud Germanos morem vigere narrat Stuchius lib. 1. cap. 30. antiq. conuiuial. vt cum eo, qui in menſa forte ſalem effuderit, ad manus, & ad arma veniant, & inſaniant; & eo, quod ſalis in menſa effuſio portendere videatur conuiuantium amicitiam, & fidem, cuius ſalem eſſe ſymbolum diximus, deſtructum; & diſſolutum iri; Tam Goropius, quàm Stuchius; atque alii exiſtimarunt: Alia magis conſentanea fortaſſè excogitari poſſet ratio; apud enim Germanos ea inualuit ſuperſtitio, vt eorum aliquis, in quorum menſa ſalis contigit euerſio: eo menſe, vel eo anno ſit moriturus; nec vana vanæ ſuperſtitionis arguebatur eſſe ratio; nam per ſalem tanquam corruptionis immunem Veteres animam intelligebant; Salillum verò ipſum corpus tanquam animæ domicilium; vt ſatis patet in Plauti Trinummo 2. 4.

--- Nos homunculi
Salillum animæ qui cum extemplò amiſimus
Aequè Mendicus, atque ille opulentiſſimus
Cenſetur cenſu ad Acheruntem mortuus.

Itaque è ſalis euerſione extrà ſalillum animam è corpore iamiam exhalaturam arguebant.

Peregrinus.] Adoleſcẽti, iuxtà Apollonii Thianæi ſententiam maximè conuenire non ſecus, ac ſi Patria pulſus eſſet; quàm longiſſimè peregrinari; Philoſtratus in eius vita. *Omnium ſanè rerũ frugalitatem docet Peregrinatio*. Vndè Plato in 12. de

12. de leg. Quattuor facit Peregrinorum genera: Primum eorum qui lucri cauſa; Secundum qui viſendi, ac diſcendi gratia; Tertium qui publicè miſſi peragrant; Quartum eorum, qui fortuna, aut caſu ad nos deferuntur, & hi quaſi Mendici ſunt; quorum habitus à Luciano in Peregrino, & à Stuchio lib 2. cap. 5. antiq. conu. affabrè deſcribitur: Tantum abeſt, vt pios animos à piis peregrinationibus abſterream; vt eos, vel maximè ad illas ineundas adhortatos velim; eos autem, quibus animi, ac libidinis gratia vagari placet; tanquam inſtabilitatis accuſans à peregrinandi ſtudio auerſos exoptem.

E dorſo cuius pendula pera fuit.] Hic Peregrini in patriam reducis deſcribitur habitus, & mos; Pera ſacculus eſt mendicantium, quæ, vt eſt prouerbium, numquam impletur.

Pileolo aſſutas conchas.] Synecdoche, totũ pro parte è mari tanquam è rerum mirabilium patre venientes ſtriatas Concharum teſtas pileis aſſuendas curant, ſuæ peregrinationis velut indices, ac teſtes.

Iconia Diuùm.] ab icone, vel icona, vtroque modo græcè dicitur quicquid in quacunque materia ſculptum, pictũ, ſeu fuſum, duplex adiectiuũ exire nõ eſt inſolens, ſcilicet, Iconicus, & iconius; & adiectiuum pro ſubſtantiuo, & hoc pro illo accipi apud probatos Authores receptum, vt Cerda in Virgilio notat, ac refert.

Inq. modum ſanctæ ſuccina ducta Crucis] Succinũ, cuius apud Veteres plurima mentio, nulla au-

tẽ apud eoſdẽ de illius exortu ſciẽtia;putabãt eſſe gummi ex pineis arboribus profluens, cum è ſaxis bitumen non alibi, quàm propè mare Gedanicum profluere hodiè deprendatur; & in colorem citrinum frigoribus durari; cuius prouentus apud Gedanos multus; in varias figuras,ſanctarumque rerum imagines mirè deformatur.

Quid didiciſſe vagum.] non qui nullius eſt frugis,nulliusque numeri,quem vagabundum vocant Itali, ſed cui alicuius rei gratia peregrinari placet; vagus nuncupatur.

Mentiri, & ſcabies.] Qui mendicantium, & peregrinantium habitum ſuſcipiunt, à mendacio abſtinere haud facile valent; à mendacio prȩter alia etyma Mendici nomen deriuari poteſt: Tum ob aeris mutationem, tum ob victus varios ſanguis infici,& ſcabies effici ſolet.

Felices,quibus Roma domus.] cui domus eſt Roma,felix; ſua ſi bona norit; vbi ingeniorum paleſtra;& ſuæ cuiuſque fortunæ fabricerium;cæleſtibus,ac terreſtribus plena domus: Nullum ſanè ingenium tam obtuſum,tam ferox,ac refractarium; quod Romana cos,& diſciplina non acuat, non erudiat: Domus etymon à δάμω, quod eſt domare,ac compeſcere; non à propoſito alienũ; vulgato ſiquidẽ dicterio,Roma domat,alluditur: vbi qui ſe colligit; ſeque à fumo, ac ſtrepitu recipit;deſideriumq. ſuum ſemel claudit; cum Ioue, vt inquiebat Seneca,de felicitate contendat.

Quibus Orbis in Vrbe.] inter Vrbis encomia; quæ plurima ſunt,ad Vrbis autem maieſtatem

non

non adhuc ſufficientia; nuſquam,quod ſciam,aut legerim; huic par eſſe reperi: Nullum non hominum genus, ait Seneca,de conſol. ad Albinam cap. 6. ex toto orbe Romam concurrit;orbis epitomen ab Athænæo dipnoſoph. lib. 1. cap. 15. omnium Orbis nationum domicilium.

Communis Patria.] Roma ab Anaſtaſio Imperatore communis Patria primò cenſeri cæpit, teſte Dione lib. 25. Ab Antonino Pio cunctis promiſcuè data fuit ciuitas Romana; Aurelius Victor de Cęſaribus cap. 16. teſtis. Paſſim patet à Veteribus communem patriam dictam fuiſſe; à Seneca lib.de conſol.ad Albinam cap.6.à Plinio lib.3.cap.5.à Modeſtino I.C.in L.33. ff. ad Municip. & l. 4. de excuſ. tut. à Symacho lib. 5. epiſt. 94. & alibi; vbi Iuretus, Andr. Alciatus diſpunct. lib. 2. cap. 21. cur hoc nomen Romæ tribuatur, explicat; & Magius lib. 4. cap. 7. in Criticis latius.

Mater vnica.] Symmachus lib. 3. ep. 11. ſuo tempore. Romam fuiſſe appellatum omnium populorum parentem ſcribit; Nunc autem ob fidei Romanæ, hoc eſt Catholicæ Sedem; Eccleſiæq. Apoſtolicæ caput; Mater vnica multo rectius dici debet: Catholicus id, quod Romanus, & contrà apud Doctores orthodoxos accipi probatur auctoritatibus per Cornelium à Lapide in com. D.Pauli ad Rom. cap. 1. adductis.

Totius gloria ſola Soli.] vera, & ſola Romæ Vrbis gloria: Ex quo enim per Petrum, & Paulum

Chriſti fidem ſuſcepit, numquam dimiſit, D. Hieron. lib. 3. contrà Rufi. cap. 4. *Ad Romanos*, inquit, *apoſtolico ore laudatos perfidia non habet acceſſum, nec ad hæc noſtra vſque tempora inuaſit Romam hæreſis, nec ad conſumationem vſque ſæculi inuaſura eſt*: Romanum Imperium ſub mũdi conſumationem deficiet; ſed non Romana fides ex Danielis cap. 7. & Apocalyp. 17. alii aliter diſputant, qua de re vide Corn. à Lapide in com. epiſt. 2. ad Theſſalon. cap. 2.

Non opus, vt ſapias, erres.] ex peregrinatione quem fieri ſapientem Vlyſſis exemplo, ſunt qui arbitrantur: abſque eo, quod quis peregrinetur; in Vrbe, quò totus ferè Mundus confluit, doceri poteſt, ac fieri ſapiens, & alter Vlyſſes, vel eo maior.

Hic vbi terrarum doctior Orbis adeſt.] ex omnibus quidem Mundi partibus melior pars, ac doctior; vt ſuæ ſortis, ſuæque Spartæ periculum faciat, Romam tranſmigrat; ſed ſæpius id eis, qui Dominobiles, ſeque aliquid eſſe putant; Romam tendentibns euenire ſolet; quod fluminibus in mare prolabentibus; quibus ſi quid nominis, & celebritatis ineſt antè, quàm in mare influant; amittitur; ac cum mare confunditur; nec nomen fluminis, nec eius celebritas apparet: vide Pium Secundum Papam comm. lib. 11.

Huc citò non abiturus ades.] Ad ſe Roma inuitat, & allicit; vt non ſolum theatra, Vrbisq. ſpectatu digna monumenta quis contempletur, ſed vt hinc

hinc ad cęleſtia ſe ſe erigat, & excitet;& per ea quæ facta ſunt, inuiſibilia perſpiciat: vt ad Romanos Apoſt. cap. 1. monet.

Non pergama.) Troianæ arcis nomen; quod ad alias præſtantiores arces trans fundi ſolet, ita vt pro quibuslibet arcibus pergama accipi poſſint: Seruius docet in illud Virg. *Prolapſa videntur Pergama.*

At ſpes te.) ſcalarum inſtar ſpes eſt; vbi enim eò, quò volumus, conſcendimus; non opus amplius eſt ſcalis; ſic vbi ad ſperata peruenimus; ſperare deſinimus: Spes enim, quæ videtur, non eſt ſpes: Quam ouo ſimilem facit Auguſtinus ſer 29. de verb. Apoſt. Spes, ait, non dum peruenit ad rem, quaſi inferat, vbi peruenit, non ſpes eſt: & ſequitur comparatio: *Ouum eſt aliquid, ſed non dum eſt pullus, quo enato, ouum non eſt amplius.*

Non curru, aut naui cæleſtia regna petenda.) Tropologicè cape, hoc eſt non delicatè, delicioſè, ac ſupinè; ſed ſudore, ac vigiliis: Cælum enim vim patitur.

Attamen illoto non licet ire pede.) apud noſtrates Patres pedes pro affectibus accipi cōſtat, à D. Aug. pedes mētis noſtræ appellātur affectus, quos puros, minimèq. infectos eſſe decet.

Hinc citò non abeas.) ſuis Belgis, Germanisque Romam commigrantibus prætereundam; in eaq. non diù commorandum in quadam epiſtola iniuſtè Iuſtus Lipſius ſuccinit; ob morā enim eos infici timet; contrà potius ob eorūdē morā, & mores infectū iri Vrbē timendū: Vt vt ſit, è Roma nōniſi

viſis

viſis videndis recedendum eſt;alioquin Vrbium, & morum præteruolat omnis reminiſcentia per tranſennam prætereuntibus.

Quicit,ò tam vaſtum] Herodoti in Polyhymnia celebre dictum: *Non ſtatim fines apparent*: quod in adagium ceſſit; multa enim prius,quàm ſcias, ac iudices, videnda, ac perpendenda: Magnæ titulo gloriatur Roma,non tam ob Vrbis gloriam,quàm ob eiuſdem amplitudinem, vt colligit ex Authorum teſtimoniis Iuretus ad Symmachum lib 4.epiſt. 18. vbi etiam refert; quare Babylon Roma nuncupata fuerit; propter, ſcilicet amplitudinem, ac magnitudinem, non ob confuſionem,vt ſonare videtur; & ab Hæreticis perperam applicatur Vrbi tale vocabulum. Quicquid enim magnum, vaſtum, & immenſum accipitur Babylon dicitur: Iuretus ibi ſupra.

Siſte parumper.]qualis,& quanta fuerit Roma vetus non tam ex parietinis, & ruderibus,quàm ex vetuſtis hiſtoriarum monumentis coniicere poſſumus; qualis verò Roma recens, vel rediuiua ex ipſius nouis cum æternitate certantibus monumentis admirabundus ſuſpice;ac venerabūdus æquè, ac de altera ſubterranea demirare;de qua Antonius Boſſius mihi ex amicis præcipuus, vir pius,ac doctus, non laboribus, nec impenſis pepercit, quin opus, quod oculis ipſe luſtrauit; nobis quoque luſtrandum, admirandumque typis nuper curarit, inſignibuſque demonſtrarit iconibus.

VRBANVS ponit quę monumenta docent.]

Vrbanus

Vrbanus Octauus Pontifex Maximus non ſolum ea, quæ ab anteceſſoribus inchoata; & quæ conſtructa fuerunt ad perfectam ſymmetriam perduxit, & concinnauit; verum etiam multa condidit; multoque plura in dies meditatur; vias complanat, aperit, valles exæquat; ad amænitatem reducit: Hortos Quirinalis, quos ſepitos inuitis, ægriſque oculis deſpectabamus; modo è Summi Pontificis dignitate mœnitos, amplioreſque red ditos æquis, ridentibuſque contemplamur; vt ſuaui aeris ſalubritate; ſic varijs arborum ſcænis perſpicuis fontium ludicris, opertis, apertiſque ambulationibus præſtantiores, exornatioreſque eſſe Vaticanis non iniuria, ſinè tamen iniuria pronuntiamus.

Statim itaque ad Thronum Pontificium proue&tus; ad duo pręcipua monumenta; quę temporis, barbaricę que manus euaſerunt demolitiones, in primis animum appulit: Ad Templum Pantheon; &ad Molem Adrianam, illud auguſtius, venerabiliuſque reddendo; hanc in propugnaculum validiſſimum conſtruendo: Vt tam Veterum, quàm Recentium in vtrumque opus conatus aperiam; huc, quicquid apud Authores memorię proditum eſt referre pro Notarum breuitate non graue, nec iniucundum.

Pantheon itaque M. Agrippa; Vipſaniæ gentis, Equeſtriſque Ordinis, Auguſti Imperatoris Gener Ioui Vltori fecit; vt ex Plinii teſtimonio lib. 36. cap. 15. & ex ipſo Porticus Templi Zophoro

phoro patet; vbi cubitalibus litteris ſupreſſo Gentis nomine legitur.

M. AGRIPPA L. F. COS. TERTVM FECIT.

Inter autem inſigniora opera, quæ M. Agrippæ adſcribuntur; mentio ab illius temporis Scriptoribus Panthei celeberrimi Templi nulla indaganti apparet; quare de Templi huius conditione aquæ mihi hęret plurimum; aut ab Auguſto, aut alio anteriore inchoatum, abſolutum ab Agrippa cum ſpecioſo Porticus additamento ſuſpicamur: neque quod Plinius ſcriptum reliquit, nec quod in fronte veſtibuli exaratum eſt; obſtat; facere enim vtrobique pro dedicare accipi poteſt.

Pantheon ſiquidem in ſublimi ita fuit poſitũ, vt, ſicut de cęteris in Vrbe Templis atteſtatur Andreas Fuluius quadam Romanorum ſuperſtitione, gradibus ſeptem ad illud fieret aſcenſio; nunc verò per totidem, & amplius conſtat deſcenſio: Quantum ex ruinis ſolum exaggeratum conijce; Ne qua in hac graduum obſeruatione ad Altare Vaticanum D. Petro dicatum ſiniſtra alicui ſubrepat opinio; Vrbanus Octauus, non ad ſui Pontificij nominis numerum indicandum; ſed ad cuiuslibet numerorum ſuperſtitionis tollendam ſuſpicionem; ad octauum gradum Altare ſublimauit.

Mirum Panthei opus, inſtauratum primò ab Adriano Imperatore Spartianus ſcripſit; mox Traiani tempore tactum fulmine à Septimio Seuero, & M. Aurelio Impp. reſtauratum ex inſcri-

ptioni-

ptionibus ibidem conſtat; & notat Andreas Fuluius de Vrb. antiq. lib. 5. & recenſet Baronius Card. Annal. Anno Chriſtiano 205. & 112. ex Euſebio in chronic.

Tholum argenteis tegulis fuiſſe tectum Pomponius Lætus, & qui eum ſecuti ſunt, exiſtimarunt; ſed verius Paulus Diaconus, meus Conterraneus æneis, quarum aliquot prægrandes ſe vidiſſe refert Philander in Vitruuium lib.1.cap.1. coopertum fuiſſe aſſerit: A Conſtante, quem Conſtantinum Tertium appellant; Heraclij Imperatoris Nepotem tegulis æneis denudatum; eaſque vnà cum alijs Vrbis ſpolijs Conſtantinopolim tranſunctas referunt Anaſtaſius Bibliothecarius in Vrbano Papa; & Martinus Polonus in Conſtantino Tertio Imperatore, & Iacobus Deſtrada in Epitome Theſaur. Antiq. Aliter Imperatori ceſſit; quàm in optatis haberet Conſtantinopolim Romanæ gazæ ſpolium claſſe tranſuehere; vbi enim Syracuſas vectus à ſuis in balneo fuit interéptus; ſuperuenienteſque Saraceni diripta Vrbe, ſuiſque nauibus impoſita deprædatione, vna cum ſpolio Romano Alexandriam traſiecerunt.

Nullum dubium; quin Porticus Pantheonis alium agnoſcat Authorem; quàm M. Agrippam; cuius tectum æneis trabibus ſuffultū ſupra ſexdecim ophiticas colūnas admirandæ magnitudinis, & pulchritudinis conſtat adactas; quarū binas

ff igne

igne conſumptas, tertiam ſublatam; tredecim tantum ad hæc vſque tempora ſupereſſe Bernardus Gamutius de antiq. Roma lib. 3. aduertendum ſignificat; Vrbanus Octauus Pont. Max. Columnæ vnius excapitatę Capitulum adiecit; Templique faciem expoliuit.

Anno ſalutis 604. à Phoca Imperatore Bonifacius Quartus Papa Pantheona impetrauit, illudque in honorom Beatæ Mariæ Virginis, Omniumque Chriſti Martyrum conſecrauit; vt in Bonifacio refert Anaſtaſius Bibliothecarius, & Martinus Polonus in eod. & Phoca. Poſtquam in Dei cultum ceſſit opus; Templum B. Virg. ad Martyres dici cœptum eſt; Martyrolog. die 13. Maij Mox Sancta Maria in Turribus ex Anaſtaſio Baronius anno 607. & ex alijs idem anno 1087. in Victore Tertio.

Demum à Templi forma S. Maria Rotunda à Martini Poloni æuo, vſquę ad noſtrum, vulgò nuncupata eſt.

Vrbanus Secundus Anno Domini 1094. ab Hæreticis occupatum Pantheon aggere, & vallo munitum recuperauit. Baronius eodem Anno.

Eugenii Quarti opera è ſordibus, & ſitu vendicatum; & in Inſulam ſublatis omnibus impedimentis redactum teſtatur Andreas Fuluius.

Nicolai Quinti ſtudio pluribus tabulis Tholi ædificium conſtratum Platina in eius vita.

VRBANVS VIII. feliciter regnans non ſolum reſtaura-

reſtaurauit Templum, ſed à ſenio, & tabe in integrum, & viuidum corpus excitauit; & M. Agrippæ magnificentiam; ſuamque ipſius pietatem patefecit: exterius coronarium opus circumcircà vetuſtate tum exeſum, tum collapſum reſarciendum additis in Orthographię ſummo binis turribus in vſum Campanarum curauit.

Amplæ Porticus atrium in vtroque cornu ſacellis ſtatuendis exornandum cogitat. Aes autem illud, quod in trabes, & trabium loco ad Porticus fulcimentum verſum fuerat; tanquam theſaurus abſconditus latebat: Aneæ illæ trabes atra infectæ rubigine à cæteris è ligno differre minimè videbantur; ligneæ propè credebantur: Nunc verò partim in prægrandes, mirique artificii columnas conflatum idemmet ęs ad cælum æneum, inſtar, vt aiunt, Baldachini ſuprà Altare ſancti Petri extollendum collocatas; in præteritarum, ac præſentium rerum admirationem, ac cõmemorationem contẽplantes gratius attrahit, & allicit: partim in bellica fulmina ad hoſtes, qui in ſacroſanctæ Romanæ Sedis maieſtatem furore adhuc Gothico agitantur, perterrendos, ac proterendos iuſtius conuerſum eſt:

Marmoreis monumentis ibidem commendata res ita loquitur. ab vna parte Oſtij.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Vetuſtas ahænei lacunaris reliquias in Vaticanas Columnas; & Bellica tormenta conflauit; vt decora inutilia; & ipſi Famę propè ignorata,

fierent in Vaticano Templo Apoſtolici Sepul-chri ornamenta; in Hadriana Arce inſtrumenta publicæ ſecuritatis. Anno Dñi M DCXXXVI. Pontif. IX.

Ex altera Templi oſtij parte

PANTHEON.

Aedificium toto terrarum Orbe celeberrimum ab Agrippa Auguſti Genero impiè Ioui, cæteriſ-que mendacibus Dijs, à Bonifacio Quarto Pontifice Deiparæ, & SS. Chriſti Martyribus piè dicatum

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Binis ad Campani æris vſum Turribus exornauit; & noua contignatione muniuit Anno Domini MDCXXXII. Pontif. IX.

Quæſitum fuit, cur Barbarorũ rabies Pantheo pepercerit, & Chriſtianorum zelus illud, ſicut cæterà Idolorum miræ ſtructuræ, & artificii templa, nou diruerit; Baronius ad Martyrolog. 13. Maii putat diuina diſpoſitione ad Dei Martyrum Templi gloriam præſeruatum fuiſſe; ſed vel quia Barbarorum conatus ad tanti operis demolitionem irritus futurus videretur; vel eis loci maieſtas à tanto deterreret facinore dicendum eſt: zelum verò Chriſtianorum promulgatæ legis præceptũ cohibuit; Honorii enim Imperatoris edicto Chri-ſtianis pius impetus fuit non minus piè repreſſus ab operis euerſione; l. 15. Cod. Theod. de Paganis; vbi hæc leguntur. *Sicut ſacrificia prohibemus ita volumus publicorum operum ornamẽta ſeruari.*

Moles Adriana ad Tiberis ripã, ad Hortos Do mi-

Digitized by Google

mitiæ, è regione Mauſolei Auguſti, cuius adhuc ad D.Rochi ædem inſigne extat veſtigiũ, ſita eſt: ab Aelii Adriani Imp.ſepulchro nomen accepit; licet is apud Baias mortuus, & Puteolis in villa Ciceronis ſepultus, eius tamen cadauer ab Antonino ſucceſſore huc translatum, & magna pompa ſepulturæ traditum, ex Spartiano, Dione in Adriano, Capitolino in Antonino Pio; Baron. Card. in Aannal. anno Chriſti 140. recenſet, in cuius molis faſtigio Solis Quadrigam miræ artis extitiſſe refert Gamutius lib. 4. Vbi ab Adriano ad ſucceſſores omnes deſtinatum fuit ſepulchrum: vt ex inſcripto marmore ibidem liquet.

Quia verò in eiuſdẽ Arcis vertice tempore D. Greg. Magni Archangelus Michael ſtricto gladio è cęlo apparuiſſe fertur; Caſtellum S. Angeli nominari cœpit; & vſque hodie huiuſmodi durat nomenclatio.

Primus omnium Beliſarius copiarum Iuſtiniani Imper. Dux Molem hanc occupauit, & aduerſus Gothos pro Arce, ac præſidio vſus eſt, vt notat Andreas Fuluius lib. 3. de Vrbis antiquit.

Pari quoque modo Creſcentius Romanus Cõſul, vir factioſus, ex Opido Nomẽto in Latio oriũdus, Greg. V. tempeſtate arcem obſedit, ſeq. aduerſus Othonem Tertium præſidio muniuit; proptereà aliquandiu Arx Creſcentij nuncupata fuit. Platina in Greg. V.

Ex Pontificibus primus Bonifacius IX. molem munere cæpit, & in arcem redegit. Platina in Bonifacio Nono. Ale-

Tranſtiberinæ regionis proferre pomærium cogitabat; incipiendo à dextra fluminis ripa è regione portæ Flaminiæ murum cum foſſis, & aggeribus, vſque ad Portuenſis alterius Portæ ripam ducere; ac totum Ianiculum vſque ad Sancti Pancratii includere; & totum ipſum Tranſtiberinum tractum Leonatam Ciuitatem nuncupandam ſancire; ſicque excogitata perficere; ſed cogitationes hominis mors diſſipauit; non tamen illum heroicum, inuictumquè tanti Pontificis animum à propoſito quicquam deflexit, ac deterruit: In ſuprema ſuæ vitæ conſtitutus periodo nullis Cardinalium, aliorumque Principum perſuaſionibus adduci potuit; vt, quem vnicè diligebat Nepotem, modeſtiſſimum Adoleſcentem, in album, vel potius rubrum Cardinalium referret: nondum ætate, licet ingenio ad tantæ dignitatis eminentiam maturum arbitrabatur.

Paulus Quintus precioſo ſanè Sacello ad Niues in Exquiliis; & ſpacioſo, ſpecioſoque Vaticani Templi additamento, ac ipſius porticus magnificentia ad finem perducta, Anteceſſorum gloriam obſcuraturus; niſi plura vnà cum Templi orthographia expolienda reliquiſſet; fortunatusq. Princeps habēdus fuiſſet; niſi ſui Pontificatus initio Crabrones, vt dici ſolet, prærritaſſet; & præcox, nimiuſque libertatis Eccleſiaſticæ zelus eius gloriam comeſſet: Quicquid ex ærario alius ſubtraxit, liberaliter inuexit, ac ſuffecit; Arcem tormentis aliquot bellicis conflatis ſpectabiliorem

biliorem

biliorem fecit; multoque præſtantiora præſtitiſſet; niſi præpropera, præpoſteraque Cynthius non quidem Apollinaris, ſed ſpagiricus Medicus medicamenta propinaſſet; neque maiora beniſicentiæ ſigna, quæ nobis Pontifex ſpoponderat; dum nullam fidem dãdam fore Cometis eidem; iuxtà vulgi fabellam minitantibus demonſtrauiſſemus; retardaſſet.

Gregorius XV. Pauli V. ſucceſſor, multa, ſi per grauẽ ætatem licuiſſet, ſpectanda exhibuiſſet. Templo, quod quinque Viris, quos in cætum Sanctorum ritè retulit; ſtatuendum cenſuerat; locum in Vrbe celebratiorem, ac frequentiorem elegit; Is erat, quem Patres Bernabitę in via lata in platea Columnæ tenent, ac poſſident, ſub Sancti Pauli decollati Titulo: ſed quod corporis imbecillitas, Pontificatusq. breuitas non permiſit exequendum, Cardinali Nepoti iniunxit; ne votum, ac dedicatum Templum omnino vellet prætermitti: Cum Bernabitis Cardinalis conuenit, Templum vna cum Domo pro Patribus dimenſum, atque architectatum; non multò poſt verſatile ingenium ab Ignatianis Patribus lactari cæpit; in eorumque partes ſe trahi conceſſit; ac Patruum voti compotem reddere; conuentiſq. Bernabitianis ſtare neglexit, non aliam, quã ab his ad Ignatianos, & ab Vrbe ad ſui Archiepatus ſedem verſuram fecit: iactis fundamentis, ab Vrbe Bononiam, vbi ab humanis, quò autem?

gg Scit

Scit Deus; inuitus ſeceſſit. Frater germanus Venuſij Princeps inchoatum opus non tulit, Magnifici ſanè Templi quin mœnia ſurgant.

Adrianum Mauſoleum non alia manu, quàm VRBANI Octaui Pont. Max. indigebat; cui ſtatim, atque ad Thronum prouectus, extremam imponendam curauit: Vndequaque terrarum accerſitis viris rei, artiſque bellicæ conſultis; eorum vſus conſilio, & opera, ſublatis multis, multiſque additis, reformato pomœrio, craſſiſſimo muro, ſuperingeſto vallo, prælargis, profundiſque foſſis; pluribus ex Agrippano ære conflatis tormentis Arcem formidoloſam, inexpugnabilemque præſtitit: Hic artis fuſoriæ Officinas ad baliſtas, aliaque prægrandia bellica tormenta fundenda conſtruxit; hic carbo corylaceus plurimus, vis nitri maxima, quo puluis nitratus conficitur; hic plumbi, ac ferri congeries; vndè prægrandes pilæ in vſum belli liquantur, ac deformantur, ad inſtarq; montis paſſim coaceruantur: Huc è Vaticano armamentarium, quod inſigne, ac loculentum belli aduerſus hoſtes nō pōpæ cauſa, vt olim erat apud Romanos, fabricauit; via penſili, quando opus, facilè conuehitur; iuſtumque præſidium ſuſtinetur; Frumento ſingulis annis ad biennium ſufficitur; ac alijs victualibus referta horrea conſpiciuntur. Nō deſunt varij, varij generis, rariq. inuēti Molę, ac piſtrina, non clibani, non furni; Nuper Moletrina miræ artis, miræq; facilitatis, quæ tantum

ſingulo

Digitized by Google

ſingulo die molit, quantum Hydromyla, ſeu mola aquaria; reperta fuit à Dominico Mariotto, in Arcilque beneficium conſignata.

Quicquid ordinis, ac venuſtatis habet Vaticanum templum; œconomiam totam, ſeu diſpoſitionem vni Vrbano debet: Templum hoc, quo nullum auguſtius, ac venerabilius ſol vidit; ſublimi corona, marmoreis columellis cingi; circumquaque vallari curat Pontifex; & omnia ad amuſſim reducit, & exornat: In medio ſub tholo templi maximo; Petri Apoſtolorum Principis Altare octonis marmoreis aſſurgit gradibus; in quatuor Altaris angulis quaternę ingentes, mirificæq; ex ære Agrippinenſe ductæ columnæ, ad inſtar vitis effigiatæ; veluti quatuor Athlătes æreum cælum ſuſtinent: Odeum pſallentium erexit pulcherrimum; Organa ita locauit, vt vocem vbique templi exaudiendam effundant; ſacellis, eorumque altaribus lucem, ac vitam reddidit; loculamenta ſignis ſacratiſſimas ſupernè exiſtentes Reliquias indicantibus adimpleuit; ſubterraneum alterum templum; quod martyrium, vel confeſſionem dicunt; illuſtrauit, exornauit: peruiumq; quàm prius fecit.

Poſt hęc omnia fragilitatis humanæ memor ſibi ſepulchrum ponere, vbi cuncta euaneſcere contemplatus, vt de ſe ipſo cecinit.

Cætera deficiunt, veluti tenuiſſima bulla
Sola mihi ſupereſt; qua tumulabor, humus.

Sepulchrum ſuę inquam mortalitati ponere, non autem ſuorum geſtorum immortalitati metam potuit.

Nihil magis cordi fuit Pontifici, quam Principibus pacem commendando; fideique ſemina propagando, hæreſum fibras euellere, iniurias, quas nitidiſſimis; & innocentiſſimis cœli ſyderibus temeraria hominum intulit curioſitas, vindicare; Chriſtianæque veritatis lumina præferre: Non tam in Vrbis ornatum, ac commodum, quàm in totius Orbis bonum ita in dies meditatur, vt prius nomen optimi ideſt beneficentiſſimi, quàm maximi adeptus ſit; omnibus vt ſcilicet magis proſit, quàm vllas opus augeat, & accumulet: Non itaque eſt, quod de tot, tantiſque rebus perpętratis homines mirentur, de eo dici poteſt, vt eſt quoddam D. Bernardi dictum, *Quia facit quod nullus alius.*

Ad ſummum templi, Aræ Cœli nomine nuncupati, criſtallinum cęrulei coloris ita formauit oculum, vt in eius medio ex triplice Ape quodam modo confecta pupilla præmicet; ac Barberini ſtemmatis ad vnguẽ repręſentet ſpecimen; Hinc ſic totum irradiatur templum, huc vt homines conijcientes oculos, ſe quadam ſuauitate affici, ac cæli propè participes fieri ſentiant.

Paulò infra quaſi ex alto dimiſſum, prægrandibuſq; notis, inſtar Breuis inſcriptum othonium, lunenſi contextum marmore; ab vtroque capite Angelicis manibus ſuſpenſum; res à Summo Pontifice

tifice geſtas, quas, ſi quis omnes explicaret, iuſta non caperent volumina; commemorandas cele. brandaſque cunctis ob oculos exhibet, ac manifeſtat: Aeternitati verò beneficiorum non immemor Romanus Senatus conſecrauit. Suſpice, & inſpice.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

Quod. Vrbem. graſſante. per. Italiam. acerbiſsimæ. peſtilentiæ. lue. incolumem. ſeruauerit. &. ſparſa. alicubi. contagionis. ſemina. properé. extinxerit. Quod. dominatum. Eccleſiaſticum. peropportunæ. ditionis. acceſsione. amplificauerit. Quod. Italiam. eductis. iam. ad. prælium. aduerſarum. partium. exercitibus. in. ipſo. pugnæ. procinctu. ſumma. felicitate. pacauerit. Quod. Romam. Aelia. Arce. in. meliorem. formam. redacta. magno. æneorum. tormentorum. apparatu. &. copioſiſsimo. armamentario. Fines. veró. Arce. Vrbana. á. fundamentis. excitata. Vrbesq;. alias. firmiſsimis. operibus. muniuerit.

Digitized by Google

niuerit. Quod. Traiani. Portu. . ad. Centumcellas. reſtituto; perfectoq́; . varijs. opificiorum. vbiq́; . inductis. rei. frumentariæ. inopia. ingenti. ſumptu. ſubleuata. quà. Templis. exædificatis. quà. refectis. ornatiſq́; . iuſta. ac. temperata. vereq́; paterna. dominatione. Populorum. commodis. vigili. cura. proſpexerit.

S. P. Q. R.

Aeternum. memoris. gratiq́; . animi.
Monumentum. poſuit.
Anno. ſalutis. M. DC. XXXIIII.

Digitized by Google

Corrector Lectori S.

Emporeticum folium, quod typicis formis prius manu calcatur, quàm prælo mandetur, vt errata, ſi qua forent, abſque iactura emendarentur; bona fide corrigebam: omnia rectè, nihil mihi remoram faciebat, iuxtà enim ea, quæ mens ad Authoris præſcriptum imbiberat, curſim legebam; mox interiecto alicuius morulæ ſpacio, cæpi legere aliud quàm anteà non legeram: ſphalmata plura occurrebant; geminatæ, conglobatæ, inuerſæ, interciſæque litteræ; duæ in vnam coaceruatæ dictiones abſonum, ac penitus nullum reddebāt ſenſum: Aliud folium correctius dabatur; nihilominus errores tanquam Sardos alium alio nequiorem ægris oculis, corrugatoque vultu ferebam: quos corrigendos infra damus. De comatibus, lineis, punctis, apicibusq. tibi, benigne Lector, non curandum; in his, quæ minima ſunt, Prætorem agas oportet. Vale.

In Curru.

Lege malæ *non* malas, pag. 4
Felices, *non* felici. 6. marg
eriperet, *non* ereperet 16
ablegādi, *non* obligādi. 26. marg.
ridetur, *non* videtur. 28. marg.
noſtræ, *non* noſtra 32
indicat, *non* indicit 42
conteret, *non* conteres. 45

In eiuſdem Notis.

Lege perditiſſimæ, *non* perdetiſſimæ, 2
ad Rhedam, *non* ad Rhedæ. 6
lectionis, *non* lectiones. 13
emittat, *non* amittat. 18
precioſiores, *non* preciores. 25
olitores, *non* olitones. 34
vita, *non* via. 46
canis, *non* cauis. 60
frontis, *non* fontis. 88
lubrico ſusq. *non* lubricoſusq. 92
obſoleto, *non* abſoleto. 96. 121
greſſus, *non* egreſſus. 121
curiſque, *non* euiuſque. 124
ſedentes, *non* ſedentis. 13
obſoletior, *non* obſolentior. 146

ma-

Digitized by Google

igne conſumptas, tertiam ſublatam; tredecim tantum ad hæc vſque tempora ſupereſſe Bernardus Gamutius de antiq. Roma lib. 3. aduertendum ſignificat; Vrbanus Octauus Pont.Max. Columnæ vnius excapitatę Capitulum adiecit; Templique faciem expoliuit.

Anno ſalutis 604. à Phoca Imperatore Bonifacius Quartus Papa Pantheona impetrauit, illudque in honorom Beatæ Mariæ Virginis, Omniumque Chriſti Martyrum conſecrauit; vt in Bonifacio refert Anaſtaſius Bibliothecarius, & Martinus Polonus in eod. & Phoca. Poſtquam in Dei cultum ceſſit opus; Templum B. Virg. ad Martyres dici cœptum eſt; Martyrolog. die 13. Maij Mox Sancta Maria in Turribus ex Anaſtaſio Baronius anno 607. & ex alijs idem anno 1087. in Victore Tertio.

Demum à Templi forma S. Maria Rotunda à Martini Poloni æuo, vſquę ad noſtrum, vulgò nuncupata eſt.

Vrbanus Secundus Anno Domini 1094. ab Hæreticis occupatum Pantheon aggere, & vallo munitum recuperauit, Baronius eodem Anno.

Eugenii Quarti opera è ſordibus, & ſitu vendicatum; & in Inſulam ſublatis omnibus impedimentis redactum teſtatur Andreas Fuluius.

Nicolai Quinti ſtudio pluribus tabulis Tholi ædificium conſtratum Platina in eius vita.

VRBANVS VIII. feliciter regnans non ſolum reſtaura-

Digitized by Google

reſtaurauit Templum, ſed à ſenio, & tabe in integrum, & viuidum corpus excitauit; & M. Agrippæ magnificentiam; ſuamque ipſius pietatem patefecit: exterius coronarium opus circumcircà vetuſtate tum exeſum, tum collapſum reſarciendum additis in Orthographię ſummo binis turribus in vſum Campanarum curauit.

Amplæ Porticus atrium in vtroque cornu ſacellis ſtatuendis exornandum cogitat. Aes autem illud, quod in trabes, & trabium loco ad Porticus fulcimentum verſum fuerat; tanquam theſaurus abſconditus latebat: Aeneæ illæ trabes atra infectæ rubigine à cæteris è ligno differre minimè videbantur; ligneæ propè credebantur: Nunc verò partim in prægrandes, mirique artificii columnas conflatum idemmet ęs ad cælum æneum, inſtar, vt aiunt, Baldachini ſuprà Altare ſancti Petri extollendum collocatas; in præteritarum, ac præſentium rerum admirationem, ac cōmemorationem contēplantes gratius attrahit, & allicit: partim in bellica fulmina ad hoſtes, qui in ſacroſanctæ Romanæ Sedis maieſtatem furore adhuc Gothico agitantur, perterrendos, ac proterendos iuſtius conuerſum eſt:

Marmoreis monumentis ibidem commendata res ita loquitur. ab vna parte Oſtij.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Vetuſtas ahænei lacunaris reliquias in Vaticanas Columnas; & Bellica tormenta conflauit; vt decora inutilia; & ipſi Famę propè ignorata,

fierent in Vaticano Templo Apoſtolici Sepulchri ornamenta; in Hadriana Arce inſtrumenta publicæ ſecuritatis. Anno Dñi M DCXXXVI. Pontif. IX.

Ex altera Templi oſtij parte

PANTHEON.

Aedificium toto terrarum Orbe celeberrimum ab Agrippa Auguſti Genero impiè Ioui, cæteriſque mendacibus Dijs, à Bonifacio Quarto Pontifice Deiparæ, & SS. Chriſti Martyribus piè dicatum

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Binis ad Campani ęris vſum Turribus exornauit; & noua contignatione muniuit Anno Domini MDCXXXII. Pontif. IX.

Quæſitum fuit, cur Barbarorũ rabies Pantheo pepercerit, & Chriſtianorum zelus illud, ſicut cæterà Idolorum miræ ſtructuræ, & artificii templa, nou diruerit; Baronius ad Martyrolog. 13. Maii putat diuina diſpoſitione ad Dei Martyrum Templi gloriam præſeruatum fuiſſe; ſed vel quia Barbarorum conatus ad tanti operis demolitionem irritus futurus videretur; vel eis loci maieſtas à tanto deterreret facinore dicendum eſt: zelum verò Chriſtianorum promulgatæ legis præceptũ cohibuit; Honorii enim Imperatoris edicto Chriſtianis pius impetus fuit non minus piè repreſſus ab operis euerſione; l. 15. Cod. Theod. de Paganis; vbi hæc leguntur. *Sicut ſacrificia prohibemus ita volumus publicorum operum ornamẽta ſeruari.*

Moles Adriana ad Tiberis ripã, ad Hortos Domi-

mitiæ, è regione Mauſolei Auguſti, cuius adhuc ad D.Rochi ædem inſigne extat veſtigiũ, ſita eſt: ab Aelij Adriani Imp.ſepulchro nomen accepit; licet is apud Baias mortuus, & Puteolis in villa Ciceronis ſepultus, eius tamen cadauer ab Antonino ſucceſſore huc translatum, & magna pompa ſepulturæ traditum, ex Spartiano, Dione in Adriano, Capitolino in Antonino Pio; Baron. Card. in Aannal. anno Chriſti 140. recenſet, in cuius molis faſtigio Solis Quadrigam miræ artis extitiſſe refert Gamutius lib. 4. Vbi ab Adriano ad ſucceſſores omnes deſtinatum fuit ſepulchrum: vt ex inſcripto marmore ibidem liquet.

Quia verò in eiuſdẽ Arcis vertice tempore D. Greg. Magni Archangelus Michael ſtricto gladio è cęlo apparuiſſe fertur; Caſtellum S. Angeli nominari cœpit; & vſque hodie huiuſmodi durat nomenclatio.

Primus omnium Beliſarius copiarum Iuſtiniani Imper. Dux Molem hanc occupauit, & aduerſus Gothos pro Arce, ac præſidio vſus eſt, vt notat Andreas Fuluius lib. 3. de Vrbis antiquit.

Pari quoque modo Creſcentius Romanus Cõſul, vir factioſus; ex Opido Nomẽto in Latio oriũdus, Greg. V. tempeſtate arcem obſedit, ſeq. aduerſus Othonem Tertium præſidio muniuit; propterea aliquandiu Arx Creſcentij nuncupata fuit. Platina in Greg. V.

Ex Pontificibus primus Bonifacius IX. molem munere cæpit, & in arcem redegit. Platina in Bonifacio Nono.

Ale-

Alexander Sextus muro, foſſaque aliquantulum, aliquotque tormentis bellicis communiuit: Onufrius in eius vita; occultam, penſilemque viam à Vaticano in Arcem ducentem fecit; ex inſcriptionibus patet; ac refert Andreas Fuluius, nos hanc viam tegulis coopertã ab Vrbano VIII. ſpectauimus; ac permeauimus.

Clemente Septimo à furentibus Cæſaris Caroli V. copiis, Ductore Borbonio; Arx licet tutum præbuerit refugium; non tamen hoſpitium; poſtquam enim Vrbs fuit anno ſalutis 1527. die ſexta Maij barbaricè direpta; Summus autem Pontifex Clemens minimè clementer tractatus; nam, vt ſe ab obſidione redimeret, indignis propemodum conditionibus ſe ſe Cæſari dedere coactus fuit.

Paulus Tertius perergon quoddam fecit, picturis, ſtatuiſque tantum exornauit.

Paulus Quartus quibuſdam propugnaculis muniuit.

Sixtus Quintus quid non molitus? & ad Vrbis ſplendorem tam breui ſui pontificatus curriculo publicis ædificiis, aqueductibus, piramididibus, viiſque aperiendis non tentauit? Sacellum ſanctæ Mariæ ad Niues; ad Præſepe in Exquiliis Cardinalis cœpit, Pontifex abſoluit; Nauale ad Centumcellas inſtituit, ſexque triremes ad Latii Littoris tutamen conficiendas curauit. Alia multa non perfecit; cæteris ſucceſſoribus perficienda reliquit. Aerarium hac in arce primus

Digitized by Google

mus condidit Eccleſiaſticę epithymiæ optimum, ac neceſſarium fulcrum; illudque toto ſui Pontificatus quinquennio; quinquies decies centies millibus aureorum locupletauit.

Gregorius Decimusquartus, ſi per ætatem diuturniorem imperare licuiſſet, in alia opera, quàm ſuerat congregatum Aerarium, penitus diſtribuiſſet; animo plura, quàm quæ facto leuarat; additurum pollicebatur; morte præuentus obæratus ad patres abiit.

Clemens Octauus operam ædificiis non dabat; ſed dediſſe multis oſtendebat argumentis; Vnum ex Templi Vaticani Sacellis D. Gregorio dicatum; quia laminis marmoreis cruſtari parietes, pauimentumque ſterni fecerat; à ſe nominari Clementinum; & Aulam in Palatio à Sixto Quinto excitato conſtitutam, variis S. Clementis geſtis graphicè depingendam curauit; iuſtius Clementinam vulgo appellari paſſus eſt: Portam, qua in Adrianam arcem dabatur aditus, æneam poni, æneisque litteris nomen, & annum ſui Pontificatus inſcribi, infundique mandauit: intus nihil aliud de ſuo amplius apparebat.

Leo Vndecimus Clementem ſubſecutus, totus in ędificijs, & architectonicis: Quæ Cardinalis meditatus fuerat, Pontifex executioni mandare arbitrabatur; illam animi Xiſtiani vaſtitatē æmulatus non ſolum Adrianam Arcem. & inchoatum Ciuitatis Leoninæ fundamentum ad abſolutam Coronidem perducere; ſed etiam

Tranſti-

Tranſtiberinæ regionis proferre pomærium cogitabat; incipiendo à dextra fluminis ripa è regione portæ Flaminiæ murum cum foſſis, & aggeribus, vſque ad Portuenſis alterius Portæ ripam ducere; ac totum Ianiculum vſque ad Sancti Pancratii includere; & totum ipſum Tranſtiberinum tractum Leonatam Ciuitatem nuncupandam ſancire; ſicque excogitata perficere; ſed cogitationes hominis mors diſſipauit; non tamen illum heroicum, inuictumquè tanti Pontificis animum à propoſito quicquam deflexit, ac deterruit: In ſuprema ſuæ vitæ conſtitutus periodo nullis Cardinalium, aliorumque Principum perſuaſionibus adduci potuit; vt, quem vnicè diligebat Nepotem, modeſtiſſimum Adoleſcentem, in album, vel potius rubrum Cardinalium referret: nondum ætate, licet ingenio ad tantæ dignitatis eminentiam maturum arbitrabatur.

Paulus Quintus precioſo ſanè Sacello ad Niues in Exquiliis; & ſpacioſo, ſpecioſoque Vaticani Templi additamento, ac ipſius porticus magnificentia ad finem perducta, Anteceſſorum gloriam obſcuraturus; niſi plura vnà cum Templi orthographia expolienda reliquiſſet; fortunatusq. Princeps habẽdus fuiſſet; niſi ſui Pontificatus initio Crabrones, vt dici ſolet, præirritaſſet; & præcox, nimiuſque libertatis Eccleſiaſticæ zelus eius gloriam comeſſet: Quicquid ex ærario alius ſubtraxit, liberaliter inuexit, ac ſuffecit; Arcem tormentis aliquot bellicis conflatis ſpecta-

biliorem

billiorem fecit; multoque præſtantiora præſtitiſſet; niſi præpropera, præpoſteraque Cynthius non quidem Apollinaris, ſed ſpagiricus Medicus medicamenta propinaſſet; neque maiora beniſicentiæ ſigna, quæ nobis Pontifex ſpoponderat; dum nullam fidem dādam fore Cometis eidem, iuxtà vulgi fabellam minitantibus demonſtrauiſſemus; retardaſſet.

Gregorius XV. Pauli V. ſucceſſor, multa, ſi per grauē ætatem licuiſſet, ſpectanda exhibuiſſet. Templo, quod quinque Viris, quos in cætum Sanctorum ritè retulit; ſtatuendum cenſuerat; locum in Vrbe celebratiorem, ac frequentiorem elegit; Is erat, quem Patres Bernabitę in via lata in platea Columnæ tenent, ac poſſident, ſub Sancti Pauli decollati Titulo: ſed quod corporis imbecillitas, Pontificatusq. breuitas non permiſit exequendum, Cardinali Nepoti iniunxit; ne votum, ac dedicatum Templum omnino vellet prætermitti: Cum Bernabitis Cardinalis conuenit, Templum vna cum Domo pro Patribus dimenſum, atque architectatum; non multò poſt verſatile ingenium ab Ignatianis Patribus lactari cæpit; in eorumque partes ſe trahi conceſſit; ac Patruum voti compotem reddere; conuentiſq. Bernabitianis ſtare neglexit, non aliam, quā ab his ad Ignatianos, & ab Vrbe ad ſui Archiepatus ſedem verſuram fecit: iactis fundamentis, ab Vrbe Bononiam, vbi ab humanis, quò autem?

Scit Deus; inuitus ſeceſſit. Frater germanus Venuſij Princeps inchoatum opus non tulit, Magnifici ſanè Templi quin mœnia ſurgant.

Adrianum Mauſoleum non alia manu, quàm VRBANI Octaui Pont. Max. indigebat; cui ſtatim, atque ad Thronum prouectus, extremam imponendam curauit: Vndequaque terrarum accerſitis viris rei, artiſque bellicæ conſultis; eorum vſus conſilio, & opera, ſublatis multis, multiſque additis, reformato pomœrio, craſſiſſimo muro, ſuperingeſto vallo, prælargis, profundiſque foſſis; pluribus ex Agrippano ære conflatis tormentis Arcem formidoloſam, inexpugnabilemque præſtitit: Hic artis fuſoriæ Officinas ad baliſtas, aliaque prægrandia bellica tormenta fundenda conſtruxit; hic carbo corylaceus plurimus, vis nitri maxima; quo puluis nitratus conficitur; hic plumbi, ac ferri congeries; vndè prægrandes pilæ in vſum belli liquantur, ac deformantur, ad inſtarq; montis paſſim coaceruantur: Huc è Vaticano armamentarium, quod inſigne, ac loculentum belli aduerſus hoſtes nō pōpæ cauſa, vt olim erat apud Romanos, fabricauit; via penſili, quando opus, facilè conuehitur; iuſtumque præſidium ſuſtinetur; Frumento ſingulis annis ad biennium ſufficitur; ac alijs victualibus referta horrea conſpiciuntur. Nō deſunt varij, varij generis, rariq. inuēti Molæ, ac piſtrina, non clibani, non furni; Nuper Molectrina miræ artis, miræq; facilitatis, quæ tantum

ſingulo

ſingulo die molit, quantum Hydromyla, ſeu mola aquaria; reperta fuit à Dominico Mariotto, in Arcilque beneficium conſignata.

Quicquid ordinis, ac venuſtatis habet Vaticanum templum; œconomiam totam, ſeu diſpoſitionem vni Vrbano debet: Templum hoc, quo nullum auguſtius, ac venerabilius ſol vidit; ſublimi corona, marmoreis columellis cingi; circumquaque vallari curat Pontifex; & omnia ad amuſſim reducit, & exornat: In medio ſub tholo templi maximo; Petri Apoſtolorum Principis Altare octonis marmoreis aſſurgit gradibus; in quatuor Altaris angulis quaternę ingentes, mirificæq; ex ære Agrippinenſe ductæ columnæ, ad inſtar vitis effigiatæ; veluti quatuor Athlātes æreum cælum ſuſtinent: Odeum pſallentium erexit pulcherrimum; Organa ita locauit, vt vocem vbique templi exaudiendam effundant; ſacellis, eorumque altaribus lucem, ac vitam reddidit; loculamenta ſignis ſacratiſſimas ſupernè exiſtentes Reliquias indicantibus adimpleuit; ſubterraneum alterum templum; quod martyrium, vel confeſſionem dicunt; illuſtrauit, exornauit: peruiumq; quàm prius fecit.

Poſt hęc omnia fragilitatis humanæ memor ſibi ſepulchrum ponere, vbi cuncta euaneſcere contemplatus, vt de ſe ipſo cecinit.

Cætera deficiunt, veluti tenuiſſima bulla
Sola mihi ſupereſt; qua tumulabor, humus.

viſis videndis recedendum eſt;alioquin Vrbium, & morum præteruolat omnis reminiſcentia per tranſennam prætereuntibus.

Quicui,ò tam vaſtum] Herodoti in Polyhymnia celebre dictum: *Non ſtatim fines apparent*: quod in adagium ceſſit; multa enim prius,quàm ſcias, ac iudices, videnda, ac perpendenda: Magnæ titulo gloriatur Roma,non tam ob Vrbis gloriam,quàm ob eiuſdem amplitudinem, vt colligit ex Authorum teſtimoniis Iuretus ad Symmachum lib.4.epiſt.18. vbi etiam refert; quare Babylon Roma nuncupata fuerit; propter, ſcilicet amplitudinem, ac magnitudinem, non ob confuſionem,vt ſonare videtur; & ab Hæreticis perperam applicatur Vrbi tale vocabulum. Quicquid enim magnum, vaſtum, & immenſum accipitur Babylon dicitur: Iuretus ibi ſupra.

Siſte parumper.]qualis,& quanta fuerit Roma vetus non tam ex parietinis, & ruderibus,quàm ex vetuſtis hiſtoriarum monumentis coniicere poſſumus; qualis verò Roma recens, vel rediuiua ex ipſius nouis cum æternitate certantibus monumentis admirabundus ſuſpice;ac venerabũdus æquè, ac de altera ſubterranea demirare;de qua Antonius Boſſius mihi ex amicis præcipuus, vir pius,ac doctus, non laboribus, nec impenſis pepercit, quin opus, quod oculis ipſe luſtrauit; nobis quoque luſtrandum, admirandumque typis nuper curarit, inſignibuſque demonſtrarit iconibus.

VRBANVS ponit quę monumenta docent.] Vrbanus

Vrbanus Octauus Pontifex Maximus non ſolum ea,quæ ab anteceſſoribus inchoata; & quæ conſtructa fuerunt ad perfectam ſymmetriam perduxit, & concinnauit; verum etiam multa condidit; multoque plura in dies meditatur; vias complanat, aperit, valles exæquat; ad amænitatem reducit: Hortos Quirinalis,quos ſepitos inuitis, ægriſque oculis deſpectabamus; modo è Summi Pontificis dignitate mœnitos,amplioreſque redditos æquis, ridentibuſque contemplamur; vt ſuaui aeris ſalubritate; ſic varijs arborum ſcænis perſpicuis fontium ludicris, opertis, apertiſque ambulationibus præſtantiores, exornatioreſque eſſe Vaticanis non iniuria, ſinè tamen iniuria pronuntiamus.

Statim itaque ad Thronum Pontificium prouectus; ad duo præcipua monumenta; quę temporis, barbaricę que manus euaſerunt demolitiones, in primis animum appulit: Ad Templum Pantheon; &ad Molem Adrianam, illud auguſtius, venerabiliuſque reddendo; hanc in propugnaculum validiſſimum conſtruendo: Vt tam Veterum, quàm Recentium in vtrumque opus conatus aperiam; huc, quicquid apud Authores memorię proditum eſt referre pro Notarum breuitate non graue, nec iniucundum.

Pantheon itaque M. Agrippa; Vipſaniæ gentis, Equeſtriſque Ordinis, Auguſti Imperatoris Gener Ioui Vltori fecit; vt ex Plinii teſtimonio lib. 36. cap. 15. & ex ipſo Porticus Templi Zophoro

phoro patet; vbi cubitalibus litteris ſupreſſo Gentis nomine legitur.

M. AGRIPPA L. F. COS. TERTVM FECIT.

Inter autem inſigniora opera, quæ M. Agrippæ adſcribuntur; mentio ab illius temporis Scriptoribus Panthei celeberrimi Templi nulla indagan ti apparet; quare de Templi huius conditione aquæ mihi hęret plurimum; aut ab Auguſto, aut alio anteriore inchoatum, abſolutum ab Agrippa cum ſpecioſo Porticus additamento ſuſpicamur: neque quod Plinius ſcriptum reliquit, nec quod in fronte veſtibuli exaratum eſt; obſtat; facere enim vtrobique pro dedicare accipi poteſt.

Pantheon ſiquidem in ſublimi ita fuit poſitũ, vt, ſicut de cęteris in Vrbe Templis atteſtatur Andreas Fuluius quadam Romanorum ſuperſtitione, gradibus ſeptem ad illud fieret aſcenſio; nunc verò per totidem, & amplius conſtat deſcenſio: Quantum ex ruinis ſolum exaggeratum conijce; Ne qua in hac graduum obſeruatione ad Altare Vaticanum D. Petro dicatum ſiniſtra alicui ſubrepat opinio; Vrbanus Octauus, non ad ſui Pontificij nominis numerum indicandum; ſed ad cuiuslibet numerorum ſuperſtitionis tollendam ſuſpicionem; ad octauum gradum Altare ſublimauit.

Mirum Panthei opus, inſtauratum primò ab Adriano Imperatore Spartianus ſcripſit; mox Traiani tempore tactum fulmine à Septimio Seuero, & M. Aurelio Impp. reſtauratum ex inſcri-

ptioni-

ptionibus ibidem conſtat; & notat Andreas Fuluius de Vrb. antiq. lib. 5. & recenſet Baronius Card. Annal. Anno Chriſtiano 205. & 112. ex Euſebio in chronic.

Tholum ærgenteis tegulis fuiſſe tectum Pomponius Lætus, & qui eum ſecuti ſunt, exiſtimarunt; ſed verius Paulus Diaconus, meus Conterraneus æneis, quarum aliquot prægrandes ſe vidiſſe refert Philander in Vitruuium lib.1.cap.1.copertum fuiſſe aſſerit: A Conſtante, quem Conſtantinum Tertium appellant; Heraclij Imperatoris Nepotem tegulis æneis denudatum; easque vnà cum alijs Vrbis ſpolijs Conſtantinopolim tranſunctas referunt Anaſtaſius Bibliothecarius in Vrbano Papa; & Martinus Polonus in Conſtantino Tertio Imperatore, & Iacobus Deſtrada in Epitome Theſaur. Antiq. Aliter Imperatori ceſſit; quàm in optatis haberet Conſtantinopolim Romanæ gazæ ſpolium claſſe tranſuehere; vbi enim Syracuſas vectus à ſuis in balneo fuit interéptus; ſuperuenientesque Saraceni dirípta Vrbe, ſuisque nauibus impoſita deprædatione, vna cum ſpolio Romano Alexandriam traſiecerunt.

Nullum dubium; quin Porticus Pantheonis alium agnoſcat Authorem; quàm M. Agrippam; cuius tectum æneis trabibus ſuffultũ ſupra ſexdecim ophiticas colũnas admirandæ magnitudinis, & pulchritudinis conſtat adactas; quarũ binas

Digitized by Google

igne conſumptas, tertiam ſublatam; tredecim tantum ad hæc vſque tempora ſupereſſe Bernardus Gamutius de antiq. Roma lib. 3. aduertendum ſignificat; Vrbanus Octauus Pont. Max. Columnæ vnius excapitatę Capitulum adiecit; Templique faciem expoliuit.

Anno ſalutis 604. à Phoca Imperatore Bonifacius Quartus Papa Pantheona impetrauit, illudque in honorom Beatæ Mariæ Virginis, Omniumque Chriſti Martyrum conſecrauit; vt in Bonifacio refert Anaſtaſius Bibliothecarius, & Martinus Polonus in eod. & Phoca. Poſtquam in Dei cultum ceſſit opus; Templum B. Virg. ad Martyres dici cœptum eſt; Martyrolog. die 13. Maij Mox Sancta Maria in Turribus ex Anaſtaſio Baronius anno 607. & ex alijs idem anno 1087. in Victore Tertio.

Demum à Templi forma S. Maria Rotunda à Martini Poloni æuo, vſquę ad noſtrum, vulgò nuncupata eſt.

Vrbanus Secundus Anno Domini 1094. ab Hæreticis occupatum Pantheon aggere, & vallo munitum recuperauit, Baronius eodem Anno.

Eugenii Quarti opera è ſordibus, & ſitu vendicatum; & in Inſulam ſublatis omnibus impedimentis redactum teſtatur Andreas Fuluius.

Nicolai Quinti ſtudio pluribus tabulis Tholi ædificium conſtratum Platina in eius vita.

VRBANVS VIII. feliciter regnans non ſolum reſtaura-

reſtaurauit Templum, ſed à ſenio, & tabe in integrum, & viuidum corpus excitauit; & M. Agrippæ magnificentiam; ſuamque ipſius pietatem patefecit: exterius coronarium opus circumcircà vetuſtate tum exeſum, tum collapſum reſarciendum additis in Orthographię ſummo binis turribus in vſum Campanarum curauit.

Amplæ Porticus atrium in vtroque cornu ſacellis ſtatuendis exornandum cogitat. Aes autem illud, quod in trabes, & trabium loco ad Porticus fulcimentum verſum fuerat; tanquam theſaurus abſconditus latebat: Aeneæ illæ trabes atra infectæ rubigine à cæteris è ligno differre minimè videbantur; ligneæ propè credebantur: Nunc verò partim in prægrandes, mirique artificii columnas conflatum idemmet ęs ad cælum æneum, inſtar, vt aiunt, Baldachini ſuprà Altare ſancti Petri extollendum collocatas; in præteritarum, ac præſentium rerum admirationem, ac cõmemorationem contẽplantes gratius attrahit, & allicit: partim in bellica fulmina ad hoſtes, qui in ſacroſanctæ Romanæ Sedis maieſtatem furore adhuc Gothico agitantur, perterrendos, ac proterendos iuſtius conuerſum eſt:

Marmoreis monumentis ibidem commendata res ita loquitur. ab vna parte Oſtij.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Vetuſtas ahænei lacunaris reliquias in Vaticanas Columnas; & Bellica tormenta conflauit; vt decora inutilia; & ipſi Famę propè ignorata,

 fierent

fierent in Vaticano Templo Apoſtolici Sepulchri ornamenta; in Hadriana Arce inſtrumenta publicæ ſecuritatis. Anno Dñi M DCXXXVI. Pontif. IX.

Ex altera Templi oſtij parte

PANTHEON.

Aedificium toto terrarum Orbe celeberrimum ab Agrippa Auguſti Genero impiè Ioui, cæteriſque mendacibus Dijs, à Bonifacio Quarto Pontifice Deiparæ, & SS. Chriſti Martyribus piè dicatum

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Binis ad Campani ęris vſum Turribus exornauit; & noua contignatione muniuit Anno Domini MDCXXXII. Pontif. IX.

Quæſitum fuit, cur Barbarorũ rabies Pantheo pepercerit, & Chriſtianorum zelus illud, ſicut cæterà Idolorum miræ ſtructuræ, & artificii templa, nou diruerit; Baronius ad Martyrolog. 13. Maii putat diuina diſpoſitione ad Dei Martyrum Templi gloriam præſeruatum fuiſſe; ſed vel quia Barbarorum conatus ad tanti operis demolitionem irritus futurus videretur; vel eis loci maieſtas à tanto deterreret facinore dicendum eſt: zelum verò Chriſtianorum promulgatæ legis præceptũ cohibuit; Honorii enim Imperatoris edicto Chriſtianis pius impetus fuit non minus piè repreſſus ab operis euerſione; l. 15. Cod. Theod. de Paganis; vbi hæc leguntur. *Sicut ſacrificia probibemus ita volumus publicorum operum ornamẽta ſeruari.*

Moles Adriana ad Tiberis ripã, ad Hortos Domi-

mitiæ, è regione Mauſolei Auguſti, cuius adhuc ad D.Rochi ædem inſigne extat veſtigiũ, ſita eſt: ab Aelii Adriani Imp.ſepulchro nomen accepit; licet is apud Baias mortuus, & Puteolis in villa Ciceronis ſepultus, eius tamen cadauer ab Antonino ſucceſſore huc translatum, & magna pompa ſepulturæ traditum, ex Spartiano, Dione in Adriano, Capitolino in Antonino Pio; Baron. Card. in Aannal. anno Chriſti 140. recenſet, in cuius molis faſtigio Solis Quadrigam miræ artis extitiſſe refert Gamutius lib. 4. Vbi ab Adriano ad ſucceſſores omnes deſtinatum fuit ſepulchrum: vt ex inſcripto marmore ibidem liquet.

Quia verò in eiuſdẽ Arcis vertice tempore D. Greg. Magni Archangelus Michael ſtricto gladio è cęlo apparuiſſe fertur; Caſtellum S. Angeli nominari cœpit; & vſque hodie huiuſmodi durat nomenclatio.

Primus omnium Beliſarius copiarum Iuſtiniani Imper. Dux Molem hanc occupauit, & aduerſus Gothos pro Arce, ac præſidio vſus eſt, vt notat Andreas Fuluius lib. 3. de Vrbis antiquit.

Pari quoque modo Creſcentius Romanus Cõſul, vir factioſus; ex Opido Nomẽto in Latio oriũdus, Greg. V. tempeſtate arcem obſedit, ſeq. aduerſus Othonem Tertium præſidio muniuit; proptereà aliquandiu Arx Creſcentij nuncupata fuit. Platina in Greg. V.

Ex Pontificibus primus Bonifacius IX. molem munere cæpit, & in arcem redegit. Platina in Bonifacio Nono.

Ale-

Alexander Sextus muro, foſſaque aliquantulum, aliquotque tormentis bellicis communiuit: Onufrius in eius vita; occultam, penſilemque viam à Vaticano in Arcem ducentem fecit; ex inſcriptionibus patet; ac refert Andreas Fuluius, nos hanc viam tegulis coopertã ab Vrbano VIII. ſpectauimus; ac permeauimus.

Clemente Septimo à furentibus Cæſaris Caroli V. copiis, Ductore Borbonio; Arx licet tutum præbuerit refugium; non tamen hoſpitium; poſtquam enim Vrbs fuit anno ſalutis 1527. die ſexta Maij barbaricè direpta; Summus autem Pontifex Clemens minimè clementer tractatus; nam, vt ſe ab obſidione redimeret, indignis propemodum conditionibus ſe ſe Cæſari dedere coactus fuit.

Paulus Tertius perergon quoddam fecit, picturis, ſtatuiſque tantum exornauit.

Paulus Quartus quibuſdam propugnaculis muniuit.

Sixtus Quintus quid non molitus? & ad Vrbis ſplendorem tam breui ſui pontificatus curriculo publicis ædificiis, aqueductibus, piramididibus, viiſque aperiendis non tentauit? Sacellum ſanctæ Mariæ ad Niues; ad Præſepe in Exquiliis Cardinalis cœpit, Pontifex abſoluit; Nauale ad Centumcellas inſtituit, ſexque triremes ad Latii Littoris tutamen conficiendas curauit. Alia multa non perfecit; cæteris ſucceſſoribus perficienda reliquit: Aerarium hac in arce primus

mus condidit Eccleſiaſticę epithymiæ optimum, ac neceſſarium fulcrum; illudque toto ſui Pontificatus quinquennio; quinquies decies centies millibus aureorum locupletauit.

Gregorius Decimusquartus, ſi per ætatem diuturniorem imperare licuiſſet, in alia opera, quàm ſuerat congregatum Aerarium, penitus diſtribuiſſet; animo plura, quàm quæ facto leuarat; additurum pollicebatur; morte præuentus obæratus ad patres abiit.

Clemens Octauus operam ædificiis non dabat; ſed dediſſe multis oſtendebat argumentis; Vnum ex Templi Vaticani Sacellis D. Gregorio dicatum; quia laminis marmoreis cruſtari parietes, pauimentumque ſterni fecerat; à ſe nominari Clementinum; & Aulam in Palatio à Sixto Quinto excitato conſtitutam, variis S. Clementis geſtis graphicè depingendam curauit; iuſtius Clementinam vulgo appellari paſſus eſt: Portam, qua in Adrianam arcem dabatur aditus, æneam poni, æneisque litteris nomen, & annum ſui Pontificatus inſcribi, infundique mandauit: intus nihil aliud de ſuo amplius apparebat.

Leo Vndecimus Clementem ſubſecutus, totus in ędificijs, & architectonicis: Quæ Cardinalis meditatus fuerat, Pontifex executioni mandare arbitrabatur; illam animi Xiſtiani vaſtitatē æmulatus non ſolum Adrianam Arcem. & inchoatum Ciuitatis Leoninæ fundamentum ad abſolutam Coronidem perducere: ſed etiam

Tranſti-

Tranſtiberinæ regionis proferre pomærium cogitabat; incipiendo à dextra fluminis ripa è regione portæ Flaminiæ murum cum foſſis, & aggeribus, vſque ad Portuenſis alterius Portæ ripam ducere; ac totum Ianiculum vſque ad Sancti Pancratii includere; & totum ipſum Tranſtiberinum tractum Leonatam Ciuitatem nuncupandam ſancire; ſicque excogitata perficere; ſed cogitationes hominis mors diſſipauit; non tamen illum heroicum, inuictumquè tanti Pontificis animum à propoſito quicquam deflexit, ac deterruit: In ſuprema ſuæ vitæ conſtitutus periodo nullis Cardinalium, aliorumque Principum perſuaſionibus adduci potuit; vt, quem vnicè diligebat Nepotem, modeſtiſſimum Adoleſcentem, in album, vel potius rubrum Cardinalium referret: nondum ætate, licet ingenio ad tantæ dignitatis eminentiam maturum arbitrabatur.

Paulus Quintus precioſo ſanè Sacello ad Niues in Exquiliis; & ſpacioſo, ſpecioſoque Vaticani Templi additamento, ac ipſius porticus magnificentia ad finem perducta, Anteceſſorum gloriam obſcuraturus; niſi plura vnà cum Templi orthographia expolienda reliquiſſet; fortunatusq. Princeps habẽdus fuiſſet; niſi ſui Pontificatus initio Crabrones, vt dici ſolet, præirritaſſet; & præcox, nimiuſque libertatis Eccleſiaſticæ zelus eius gloriam comeſſet: Quicquid ex ærario alius ſubtraxit, liberaliter inuexit, ac ſuffecit; Arcem tormentis aliquot bellicis conflatis ſpectabiliorem

biliorem fecit; multoque præſtantiora præſtitiſſet; niſi præpropera, præpoſteraque Cynthius non quidem Apollinaris, ſed ſpagiricus Medicus medicamenta propinaſſet; neque maiora benificentiæ ſigna, quæ nobis Pontifex ſpoponderat; dum nullam fidem dãdam fore Cometis eidem, iuxtà vulgi fabellam minitantibus demonſtrauiſſemus; retardaſſet.

Gregorius XV. Pauli V. ſucceſſor, multa, ſi per grauẽ ætatem licuiſſet, ſpectanda exhibuiſſet. Templo, quod quinque Viris, quos in cætum Sanctorum ritè retulit; ſtatuendum cenſuerat; locum in Vrbe celebratiorem, ac frequentiorem elegit; Is erat, quem Patres Bernabitę in via lata in platea Columnæ tenent, ac poſſident, ſub Sancti Pauli decollati Titulo: ſed quod corporis imbecillitas, Pontificatuſq. breuitas non permiſit exequendum, Cardinali Nepoti iniunxit; ne votum, ac dedicatum Templum omnino vellet prætermitti: Cum Bernabitis Cardinalis conuenit, Templum vna cum Domo pro Patribus dimenſum, atque architectatum; non multò poſt verſatile ingenium ab Ignatianis Patribus lactari cæpit; in eorumque partes ſe trahi conceſſit; ac Patruum voti compotem reddere; conuentiſq. Bernabitianis ſtare neglexit, non aliam, quã ab his ad Ignatianos, & ab Vrbe ad ſui Archiepatus ſedem verſuram fecit: iactis fundamentis, ab Vrbe Bononiam, vbi ab humanis, quò autem?

ſingulo die molit, quantum Hydromyla, ſeu mola aquaria; reperta fuit à Dominico Mariotto, in Arciſque beneficium conſignata.

Quicquid ordinis, ac venuſtatis habet Vaticanum templum; œconomiam totam, ſeu diſpoſitionem vni Vrbano debet: Templum hoc, quo nullum auguſtius, ac venerabilius ſol vidit; ſublimi corona, marmoreis columellis cingi; circumquaque vallari curat Pontifex, & omnia ad amuſſim reducit, & exornat: In medio ſub tholo templi maximo; Petri Apoſtolorum Principis Altare octoni s marmoreis aſſurgit gradibns; in quatuor Altaris angulis quaternę ingentes, mirificæq; ex ære Agrippinenſe ductæ columnæ, ad inſtar vitis effigiatæ; veluti quatuor Athlãtes æreum cælum ſuſtinent: Odeum pſallentium erexit pulcherrimum; Organa ita locauit, vt vocem vbique templi exaudiendam effundant; ſacellis, eorumque altaribus lucem, ac vitam reddidit; loculamenta ſignis ſacratiſſimas ſupernè exiſtentes Reliquias indicantibus adimpleuit; ſubterraneum alterum templum; quod martyrium, vel confeſſionem dicunt; illuſtrauit, exornauit: peruiumq; quàm prius fecit.

Poſt hęc omnia fragilitatis humanæ memor ſibi ſepulchrum ponere, vbi cuncta euaneſcere contemplatus, vt de ſe ipſo cecinit,

Cætera deficiunt, veluti tenuiſſima bulla
Sola mihi ſupereſt; qua tumulabor, humus.

Sepulchrum ſuę inquam mortalitati ponere, non autem ſuorum geſtorum immortalitati metam potuit.

Nihil magis cordi fuit Pontifici, quam Principibus pacem commendando; fideique ſemina propagando, hæreſum fibras euellere, iniurias, quas nitidiſſimis; & innocentiſſimis cœli ſyderibus temeraria hominum intulit curioſitas, vindicare; Chriſtianæque veritatis lumina præferre: Non tam in Vrbis ornatum, ac commodum, quàm in totius Orbis bonum ita in dies meditatur, vt prius nomen optimi ideſt beneficentiſſimi, quàm maximi adeptus ſit; omnibus vt ſcilicet magis proſit; quàm vllas opus augeat, & accumulet: Non itaque eſt, quod de tot, tantiſque rebus perpetratis homines mirentur, de eo dici poteſt, vt eſt quoddam D. Bernardi dictum, *Quia facit quod nullus alius.*

Ad ſummum templi, Aræ Cœli nomine nuncupati, criſtallinum cęrulei coloris ita formauit oculum, vt in eius medio ex triplice Ape quodam modo confecta pupilla præmicet; ac Barberini ſtemmatis ad vnguē repręſentet ſpecimen; Hinc ſic totum irradiatur templum, huc vt homines conijcientes oculos, ſe quadam ſuauitate affici, ac cæli propè participes fieri ſentiant.

Paulò infra quaſi ex alto dimiſſum, prægrandibuſq; notis, inſtar Breuis inſcriptum othonium, lunenſi contextum marmore; ab vtroque capite Angelicis manibus ſuſpenſum; tes à Summo Pontifice

tifice geſtas, quas, ſi quis omnes explicaret, iuſta non caperent volumina; commemorandas celebrandaſque cunctis ob oculos exhibet, ac manifeſtat: Aeternitati verò beneficiorum non immemor Romanus Senatus conſecrauit. Suſpice, & inſpice.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

Quod. Vrbem. graſſante. per. Italiam. acerbiſsimæ. peſtilentiæ. lue. incolumem. ſeruauerit. &. ſparſa. alicubi. contagionis. ſemina. properé. extinxerit. Quod. dominatum. Eccleſiaſticum. peropportunæ. ditionis. acceſsione. amplificauerit. Quod. Italiam. eductis. iam. ad. prælium. aduerſarum. partium. exercitibus. in. ipſo. pugnæ. procinctu. ſumma. felicitate. pacauerit. Quod. Romam. Aelia. Arce. in. meliorem. formam. redacta. magno. æneorum. tormentorum. apparatu. &. copioſiſsimo. armamentario. Fines. veró. Arce. Vrbana. á. fundamentis. excitata. Vrbesq;. alias. firmiſsimis. operibus. muniuerit.

niuerit. Quod. Traiani. Portu. . ad. Centumcellas. reſtituto; perfectoq;. varijs. opificiorum. vbiq;. inductis. rei. frumentariæ. inopia. ingenti. ſumptu. ſubleuata. quá. Templis. exædificatis. quá. refectis. ornatisq;. iuſta. ac. temperata. vereq; paterna. dominatione. Populorum. commodis. vigili. cura. proſpexerit.

S. P. Q. R.

Aeternum. memoris. gratiq;. animi.
Monumentum. poſuit.
Anno. ſalutis. M.DC.XXXIIII.

Corrector Lectori S.

Emporeticum folium, quod typicis formis prius manu calcatur, quam prælo mandetur, vt errata, ſi qua forent, abſque iactura emendarentur; bona fide corrigebam: omnia rectè, nihil mihi remoram faciebat, iuxtà enim ea, quæ mens ad Authoris præſcriptum imbiberat, curſim legebam; mox interiecto alicuius morulæ ſpacio, cæpi legere aliud quàm anteà non legeram: ſphalmata plura occurrebant; geminatæ, conglobatæ, inuerſæ, interciſæque litteræ; duæ in vnam coaceruatæ dictiones abſonum, ac penitus nullum reddebāt ſenſum: Aliud folium correctius dabatur; nihilominus errores tanquam Sardos alium alio nequiorem ægris oculis, corrugatoque vultu ferebam: quos corrigendos infra damus. De comatibus, lineis, punctis, apicibusq. tibi, benigne Lector, non curandum; in his, quæ minima ſunt, Prætorem agas oportet. Vale.

In Curru.

Lege malæ non malas,	pag. 4
Felices, non felici.	6. marg
eriperet, non ereperet	16
ablegādi, non obligādi.	26. marg.
ridetur, non videtur.	28. marg.
noſtræ, non noſtra	32
indicat, non indicit	42
conteret, non conteres.	45

In eiuſdem Notis.

Lege perditiſſimæ, non perdetiſſimæ,	2
ad Rhedam, non ad Rhedæ.	6
lectionis, non lectiones.	13
emittat, non amittat.	18
precioſiores, non preciores.	25
olitores, non olitones.	34
vita, non via.	46
canis, non cauis.	60
frontis, non fontis.	88
lubrico ſusq. non lubricoſusq.	92
obſoleto, non abſoleto.	96. 121
greſſus, non egreſſus.	121
curiſque, non cuiuſque.	124
ſedentes, non ſedentis.	13
obſoletior, non obſolentior.	146

ma-

maſtupratores, *non* meſtrupatores. 194
receníet, *non* rerecenſet. 194
vuam, *non* vuuam. 199

In Elegia prima.

lege piger, *non* piget. 46

In Elegiæ 2. Notis.

lege inſaniente, *non* inſaniante. 202
timent, *non* timeat. 206
ſurrexiſſe, *non* ſurrepiſſe. 210
ex acervo, *non* aceruo. 211
Principum, *non* prineipium. 211
longeque, *non* longique. 215
in menta, *non* immenſa. 215
TERTIVM, *non* TERTVM. pag. 224
eos, *non* eis. 228
munire, *non* munere. 229

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Scit Deus; inuitus ſeceſſit. Frater germanus Venuſij Princeps inchoatum opus non tulit, Magnifici ſanè Templi quin mœnia ſurgant.

Adrianum Mauſoleum non alia manu, quàm VRBANI Octaui Pont. Max. indigebat; cui ſtatim, atque ad Thronum prouectus, extremam imponendam curauit: Vndequaque terrarum acceſſitis viris rei, artiſque bellicæ conſultis; eorum vſus conſilio, & opera, ſublatis multis, multiſque additis, reformato pomœrio, craſſiſſimo muro, ſuperingeſto vallo, prælargis, profundiſque foſſis; pluribus ex Agrippano ære conflatis tormentis Arcem formidoloſam, inexpugnabilemque præſtitit: Hic artis fuſoriæ Officinas ad baliſtas, aliaque prægrandia bellica tormenta fundenda conſtruxit; hic carbo corylaceus plurimus, vis nitri maxima; quo puluis nitratus conficitur; hic plumbi, ac ferri congeries; vndè prægrandes pilæ in vſum belli liquantur, ac deformantur, ad inſtarq; montis paſſim coaceruantur: Huc è Vaticano armamentarium, quod inſigne, ac loculentum belli aduerſus hoſtes nō pōpæ cauſa, vt olim erat apud Romanos, fabricauit, via penſili, quando opus, facilè conuehitur; iuſtumque præſidium ſuſtinetur; Frumento ſingulis annis ad biennium ſufficitur; ac alijs victualibus referta horrea conſpiciuntur. Nō deſunt varij, varij generis, rariq. inuēti Molę, ac piſtrina, non clibani, non furni; Nuper Molectrina miræ artis, miræq; facilitatis, quæ tantum

ſingulo

Digitized by Google

ſingulo die molit, quantum Hydromyla, ſeu mola aquaria; reperta fuit à Dominico Mariotto, in Arcilque beneficium conſignata.

Quicquid ordinis, ac venuſtatis habet Vaticanum templum; œconomiam totam, ſeu diſpoſitionem vni Vrbano debet: Templum hoc, quo nullum auguſtius, ac venerabilius ſol vidit; ſublimi corona, marmoreis columellis cingi; circumquaque vallari curat Pontifex; & omnia ad amuſſim reducit, & exornat: In medio ſub tholo templi maximo; Petri Apoſtolorum Principis Altare octonis marmoreis aſſurgit gradibus; in quatuor Altaris angulis quaternę ingentes, mirificæq; ex ære Agrippinenſe ductæ columnæ, ad inſtar vitis effigiatæ; veluti quatuor Athlātes æreum cælum ſuſtinent: Odeum pſallentium erexit pulcherrimum; Organa ita locauit, vt vocem vbique templi exaudiendam effundant; ſacellis, eorumque altaribus lucem, ac vitam reddidit; loculamenta ſignis ſacratiſſimas ſupernè exiſtentes Reliquias indicantibus adimpleuit; ſubterraneum alterum templum; quod martyrium, vel confeſſionem dicunt; illuſtrauit, exornauit: peruiumq; quàm prius fecit.

Poſt hęc omnia fragilitatis humanæ memor ſibi ſepulchrum ponere, vbi cuncta euaneſcere contemplatus, vt de ſe ipſo cecinit.

Cætera deficiunt, veluti tenuiſſima bulla
Sola mihi ſupereſt; qua tumulabor, humus.

gg 2 Sepul-

Sepulchrum ſuę inquam mortalitati ponere, non autem ſuorum geſtorum immortalitati metam potuit.

Nihil magis cordi fuit Pontifici, quam Principibus pacem commendando; fideique ſemina propagando, hæreſum fibras euellere, iniurias, quas nitidiſſimis; & innocentiſſimis cœli ſyderibus temeraria hominum intulit curioſitas, vindicare; Chriſtianæque veritatis lumina præferre: Non tam in Vrbis ornatum, ac commodum, quàm in totius Orbis bonum ita in dies meditatur, vt prius nomen optimi ideſt beneficentiſſimi, quàm maximi adeptus ſit; omnibus vt ſcilicet magis proſit; quàm vllas opus augeat, & accumulet: Non itaque eſt, quod de tot, tantiſque rebus perpętratis homines mirentur, de eo dici poteſt, vt eſt quoddam D. Bernardi dictum, *Quia facit quod nullus alius.*

Ad ſummum templi, Aræ Cœli nomine nuncupati, criſtallinum cęrulei coloris ita formauit oculum, vt in eius medio ex triplice Ape quodam modo confecta pupilla præmicet; ac Barberini ſtemmatis ad vnguẽ reprę ſentet ſpecimen; Hinc ſic totum irradiatur templum, huc vt homines conijcientes oculos, ſe quadam ſuauitate affici, ac cæli propè participes fieri ſentiant.

Paulò infra quaſi ex alto dimiſſum, prægrandibuſq; notis, inſtar Breuis inſcriptum othonium, lunenſi contextum marmore; ab vtroque capite Angelicis manibus ſuſpenſum; res à Summo Pon

tifice

tifice geſtas, quas, ſi quis omnes explicaret, iuſta non caperent volumina; commemorandas celebrandaſque cunctis ob oculos exhibet, ac manifeſtat: Aeternitati verò beneficiorum non immemor Romanus Senatus conſecrauit. Suſpice, & inſpice.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

Quod. Vrbem. graſſante. per. Italiam. acerbiſsimæ. peſtilentiæ. lue: incolumem. ſeruauerit. &. ſparſa. alicubi. contagionis. ſemina. properè. extinxerit. Quod. dominatum. Eccleſiaſticum. peropportunæ. ditionis. acceſsione. amplificauerit. Quod. Italiam. eductis. iam. ad. prælium. aduerſarum. partium. exercitibus. in. ipſo. pugnæ. procinctu. ſumma. felicitate. pacauerit. Quod. Romam. Aelia. Arce. in. meliorem. formam. redacta. magno. æneorum. tormentorum. apparatu. &. copioſiſsimo. armamentario. Fines. verò. Arce. Vrbana. á. fundamentis. excitata. Vrbesq́;. alias. firmiſsimis. operibus. muniuerit.

niuerit. Quod. Traiani. Portu. . ad. Centumcellas. reſtituto; perfectoq;. varijs. opificiorum. vbiq;. inductis. rei. frumentariæ. inopia. ingenti. ſumptu. ſubleuata. quá. Templis. exædificatis. quá. refectis. ornatisq;. iuſta. ac. temperata. vereq; paterna. dominatione. Populorum. commodis. vigili. cura. proſpexerit.

S. P. Q. R.

Aeternum. memoris. gratiq;. animi.
Monumentum. poſuit.
Anno. ſalutis. M. DC. XXXIIII.

Digitized by Google

Corrector Lectori S.

Emporeticum folium, quod typicis formis prius manu calcatur, quàm prælo mandetur, ut errata, ſi qua forent, abſque iactura emendarentur; bona fide corrigebam: omnia rectè, nihil mihi remoram faciebat, iuxtà enim ea, quæ mens ad Authoris præſcriptum imbiberat, curſim legebam; mox interiecto alicuius morulæ ſpacio, cæpi legere aliud quàm anteà non legeram: ſphalmata plura occurrebant; geminatæ, conglobatæ, inuerſæ, interciſæque litteræ; duæ in vnam coaceruatæ dictiones abſonum, ac penitus nullum reddebāt ſenſum: Aliud folium correctius dabatur; nihilominus errores tanquam Sardos alium alio nequiorem ægris oculis, corrugatoque vultu ferebam: quos corrigendos infra damus. De comatibus, lineis, punctis, apicibusq. tibi, benigne Lector, non curandum; in his, quæ minima ſunt, Prætorem agas oportet. Vale.

In Curru.

Lege malæ *non* malas,	pag. 4
Felices, *non* felici.	6.marg
eriperet, *non* ereperet	16
ablegādi, *non* obligādi.	26.marg.
ridetur, *non* videtur.	28.marg.
noſtræ, *non* noſtra	32
indicat, *non* indieit	42
conteret, *non* conteres.	45

In eiuſdem Notis.

Lege perditiſſimæ, *non* perdetiſſimæ,	2
ad Rhedam, *non* ad Rhedæ.	6
lectionis, *non* lectiones.	13
emittat, *non* amittat.	18
precioſiores, *non* preciores.	25
olitores, *non* olitones.	34
vita, *non* via.	46
canis, *non* cauis.	60
frontis, *non* fontis.	88
lubrico ſusq. *non* lubricoſusq.	92
obſoleto, *non* abſoleto.	96.121
greſſus, *non* egreſſus.	121
curiſque, *non* cuiuſque.	124
ſedentes, *non* ſedentis.	13
obſoletior, *non* obſolentior.	146

ma-

maſtupratores, *non* meſtrupatores. 194

recenſet, *non* tetecenſet. 194

vuam, *non* vuuam. 199

In Elegia prima.

lege piget, *non* piget. 46

In Elegiæ 2. Notis.

lege inſaniente, *non* inſaniante. 202

timent, *non* timeat. 206

ſurrexiſſe *non* ſurrepiſſe. 210

ex acervo, *non* acervo. 211

Principum, *non* principium. 211

longeque, *non* longique. 215

in menſa, *non* immenſa. 215

TERTIVM, *non* TERTVM. pag. 224

eos, *non* eis. 228

munire, *non* munere. 229

Digitized by Google

fierent in Vaticano Templo Apoſtolici Sepulchri ornamenta; in Hadriana Arce inſtrumenta publicæ ſecuritatis. Anno Dñi M DCXXXVI. Pontif. IX.

Ex altera Templi oſtij parte

PANTHEON.

Aedificium toto terrarum Orbe celeberrimum ab Agrippa Auguſti Genero impiè Ioui, cæteriſque mendacibus Dijs, à Bonifacio Quarto Pontifice Deiparæ, & SS. Chriſti Martyribus piè dicatum

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Binis ad Campani ęris vſum Turribus exornauit; & noua contignatione muniuit Anno Domini MDCXXXII. Pontif. IX.

Quæſitum fuit, cur Barbarorū rabies Pantheo pepercerit, & Chriſtianorum zelus illud, ſicut cæterà Idolorum miræ ſtructuræ, & artificii templa, nou diruerit; Baronius ad Martyrolog. 13. Maii putat diuina diſpoſitione ad Dei Martyrum Templi gloriam præſeruatum fuiſſe; ſed vel quia Barbarorum conatus ad tanti operis demolitionem irritus futurus videretur; vel eis loci maieſtas à tanto deterreret facinore dicendum eſt: zelum verò Chriſtianorum promulgatæ legis præceptū cohibuit; Honorii enim Imperatoris edićto Chriſtianis pius impetus fuit non minus piè repreſſus ab operis euerſione; l. 15. Cod. Theod. de Paganis; vbi hæc leguntur. *Sicut ſacrificia prohibemus ita volumus publicorum operum ornamēta ſeruari.*

Moles Adriana ad Tiberis ripā, ad Hortos Domi-

mitiæ, è regione Mauſolei Auguſti, cuius adhuc ad D.Rochi ædem inſigne extat veſtigiũ, ſita eſt: ab Aelii Adriani Imp.ſepulchro nomen accepit; licet is apud Baias mortuus, & Puteolis in villa Ciceronis ſepultus, eius tamen cadauer ab Antonino ſucceſſore huc translatum, & magna pompa ſepulturæ traditum, ex Spartiano, Dione in Adiano, Capitolino in Antonino Pio; Baron. Card. in Aannal. anno Chriſti 140. recenſet, in cuius molis faſtigio Solis Quadrigam miræ artis extitiſſe refert Gamutius lib. 4. Vbi ab Adriano ad ſucceſſores omnes deſtinatum fuit ſepulchrum: vt ex inſcripto marmore ibidem liquet.

Quia verò in eiuſdẽ Arcis vertice tempore D. Greg. Magni Archangelus Michael ſtricto gladio è cęlo apparuiſſe fertur; Caſtellum S. Angeli nominari cœpit; & vſque hodie huiuſmodi durat nomenclatio.

Primus omnium Beliſarius copiarum Iuſtiniani Imper. Dux Molem hanc occupauit, & aduerſus Gothos pro Arce, ac præſidio vſus eſt, vt notat Andreas Fuluius lib. 3. de Vrbis antiquit.

Pari quoque modo Creſcentius Romanus Cõſul, vir factioſus, ex Opido Nomẽto in Latio oriũdus, Greg. V. tempeſtate arcem obſedit, ſeq. aduerſus Othonem Tertium præſidio muniuit; proptereà aliquandiu Arx Creſcentij nuncupata fuit. Platina in Greg. V.

Ex Pontificibus primus Bonifacius IX. molem munere cæpit, & in arcem redegit. Platina in Bonifacio Nono.

Ale-

Alexander Sextus muro, foſſaque aliquantulum, aliquotque tormentis bellicis communiuit: Onufrius in eius vita; occultam, penſilemque viam à Vaticano in Arcem ducentem fecit; ex inſcriptionibus patet; ac refert Andreas Fuluius, nos hanc viam tegulis coopertā ab Vrbano VIII. ſpectauimus; ac permeauimus.

Clemente Septimo à furentibus Cæſaris Caroli V. copiis, Ductore Borbonio; Arx licet tutum præbuerit refugium; non tamen hoſpitium; poſtquam enim Vrbs fuit anno ſalutis 1527. die ſexta Maij barbaricè direpta; Summus autem Pontifex Clemens minimè clementer tractatus; nam, vt ſe ab obſidione redimeret, indignis propemodum conditionibus ſe ſe Cæſari dedere coactus fuit.

Paulus Tertius perergon quoddam fecit, picturis, ſtatuiſque tantum exornauit.

Paulus Quartus quibuſdam propugnaculis muniuit.

Sixtus Quintus quid non molitus? & ad Vrbis ſplendorem tam breui ſui pontificatus curriculo publicis ædificiis, aqueductibus, piramidibus, viiſque aperiendis non tentauit? Sacellum ſanctæ Mariæ ad Niues; ad Præſepe in Exquiliis Cardinalis cœpit, Pontifex abſoluit; Nauale ad Centumcellas inſtituit, ſexque triremes ad Latii Littoris tutamen conficiendas curauit. Alia multa non perfecit; cæteris ſucceſſoribus perficienda reliquit: Aerarium hac in arce primus

mus condidit Eccleſiaſticę epithymiæ optimum, ac neceſſarium fulcrum; illudque toto ſui Pontificatus quinquennio; quinquies decies centies millibus aureorum locupletauit.

Gregorius Decimusquartus, ſi per ætatem diuturniorem imperare licuiſſet, in alia opera, quàm ſuerat congregatum Aerarium, penitus diſtribuiſſet; animo plura, quàm quæ facto leuarat; additurum pollicebatur; morte præuentus obæratus ad patres abiit.

Clemens Octauus operam ædificiis non dabat; ſed dediſſe multis oſtendebat argumentis; Vnum ex Templi Vaticani Sacellis D. Gregorio dicatum; quia laminis marmoreis cruſtari parietes, pauimentumque ſterni fecerat; à ſe nominari Clementinum; & Aulam in Palatio à Sixto Quinto excitato conſtitutam, variis S. Clementis geſtis graphicè depingendam curauit; iuſtius Clementinam vulgo appellari paſſus eſt: Portam, qua in Adrianam arcem dabatur aditus, æneam poni, æneisque litteris nomen, & annum ſui Pontificatus inſcribi, infundique mandauit: intus nihil aliud de ſuo amplius apparebat.

Leo Vndecimus Clementem ſubſecutus, totus in ędificijs, & architectonicis: Quæ Cardinalis meditatus fuerat, Pontifex executioni mandare arbitrabatur; illam animi Xiſtiani vaſtitatē æmulatus non ſolum Adrianam Arcem. & inchoatum Ciuitatis Leoninæ fundamentum ad abſolutam Coronidem perducere; ſed etiam

Tranſti-

Tranſtiberinæ regionis proferre pomærium cogitabat; incipiendo à dextra fluminis ripa è regione porræ Flaminiæ murum cum foſſis, & aggeribus, vſque ad Portuenſis alterius Portæ ripam ducere; ac totum Ianiculum vſque ad Sancti Pancratii includere; & totum ipſum Tranſtiberinum tractum Leonatam Ciuitatem nuncupandam ſancire; ſicque excogitata perficere; ſed cogitationes hominis mors diſſipauit; non tamen illum heroicum, inuictumquè tanti Pontificis animum à propoſito quicquam deflexit, ac deterruit: In ſuprema ſuæ vitæ conſtitutus periodo nullis Cardinalium, aliorumque Principum perſuaſionibus adduci potuit; vt, quem vnicè diligebat Nepotem, modeſtiſſimum Adoleſcentem, in album, vel potius rubrum Cardinalium referret: nondum ætate, licet ingenio ad tantæ dignitatis eminentiam maturum arbitrabatur.

Paulus Quintus precioſo ſanè Sacello ad Niues in Exquiliis; & ſpacioſo, ſpecioſoque Vaticani Templi additamento, ac ipſius porticus magnificentia ad finem perducta, Anteceſſorum gloriam obſcuraturus; niſi plura vnà cum Templi orthographia expolienda reliquiſſet; fortunatusq. Princeps habēdus fuiſſet; niſi ſui Pontificatus initio Crabrones, vt dici ſolet, præirritaſſet; & præcox, nimiuſque libertatis Eccleſiaſticæ zelus eius gloriam comeſſet: Quicquid ex ærario alius ſubtraxit, liberaliter inuexit, ac ſuffecit; Arcem tormentis aliquot bellicis conflatis ſpectabiliorem

billiorem fecit; multoque præſtantiora præſtitiſſet; niſi præpropera, præpoſteraque Cynthius non quidem Apollinaris, ſed ſpagiricus Medicus medicamenta propinaſſet; neque maiora benificentiæ ſigna, quæ nobis Pontifex ſpoponderat; dum nullam fidem dādam fore Cometis eidem, iuxtà vulgi fabellam minitantibus demonſtrauiſſemus; retardaſſet.

Gregorius XV. Pauli V. ſucceſſor, multa, ſi per grauē ætatem licuiſſet, ſpectanda exhibuiſſet. Templo, quod quinque Viris, quos in cætum Sanctorum ritè retulit; ſtatuendum cenſuerat; locum in Vrbe celebratiorem, ac frequentiorem elegit; Is erat, quem Patres Bernabitę in via lata in platea Columnæ tenent, ac poſſident, ſub Sancti Pauli decollati Titulo: ſed quod corporis imbecillitas, Pontificatusq. breuitas non permiſit exequendum, Cardinali Nepoti iniunxit; ne votum, ac dedicatum Templum omnino vellet prætermitti: Cum Bernabitis Cardinalis conuenit, Templum vna cum Domo pro Patribus dimenſum, atque architectatum; non multò poſt verſatile ingenium ab Ignatianis Patribus lactari cæpit; in eorumque partes ſe trahi conceſſit; ac Patruum voti compotem reddere; conuentiſq. Bernabitianis ſtare neglexit, non aliam, quā ab his ad Ignatianos, & ab Vrbe ad ſui Archiepatus ſedem verſuram fecit: iactis fundamentis, ab Vrbe Bononiam, vbi ab humanis, quò autem?

ſingulo die molit, quantum Hydromyla, ſeu mola aquaria; reperta fuit à Dominico Mariotto, in Arcilque beneficium conſignata.

Quicquid ordinis, ac venuſtatis habet Vaticanum templum; œconomiam totam, ſeu diſpoſitionem vni Vrbano debet: Templum hoc, quo nullum auguſtius, ac venerabilius ſol vidit; ſublimi corona, marmoreis columellis cingi; circumquaque vallari curat Pontifex; & omnia ad amuſſim reducit, & exornat: In medio ſub tholo templi maximo; Petri Apoſtolorum Principis Altare, octonis marmoreis aſſurgit gradibus; in quatuor Altaris angulis quaternę ingentes, mirificæq; ex ære Agrippinenſe ductæ columnæ, ad inſtar vitis effigiatæ; veluti quatuor Athlãtes æreum cælum ſuſtinent: Odeum pſallentium erexit pulcherrimum; Organa ita locauit, vt vocem vbique templi exaudiendam effundant; ſacellis, eorumque altaribus lucem, ac vitam reddidit; loculamenta ſignis ſacratiſſimas ſupernè exiſtentes Reliquias indicantibus adimpleuit; ſubterraneum alterum templum; quod martyrium, vel confeſſionem dicunt; illuſtrauit, exornauit: peruiumq; quàm prius fecit.

Poſt hęc omnia fragilitatis humanæ memor ſibi ſepulchrum ponere, vbi cuncta euaneſcere contemplatus, vt de ſe ipſo cecinit.

Cætera deficiunt, veluti tenuiſſima bulla
Sola mihi ſupereſt; qua tumulabor, humus.

Sepulchrum ſuę inquam mortalitati ponere, non autem ſuorum geſtorum immortalitati metam potuit.

Nihil magis cordi fuit Pontifici, quam Principibus pacem commendando; fideique ſemina propagando, hæreſum fibras euellere, iniurias, quas nitidiſſimis; & innocentiſſimis cœli ſyderibus temeraria hominum intulit curioſitas, vindicare; Chriſtianæque veritatis lumina præferre: Non tam in Vrbis ornatum, ac commodum, quàm in totius Orbis bonum ita in dies meditatur, vt prius nomen optimi ideſt beneficentiſſimi, quàm maximi adeptus ſit; omnibus vt ſcilicet magis proſit; quàm vllas opus augeat, & accumulet: Non itaque eſt, quod de tot, tantiſque rebus perpętratis homines mirentur, de eo dici poteſt, vt eſt quoddam D. Bernardi dictum, *Quia facit quod nullus alius.*

Ad ſummum templi, Aræ Cœli nomine nuncupati, criſtallinum cęrulei coloris ita formauit oculum, vt in eius medio ex triplice Ape quodam modo confecta papilla præmicet; ac Barberini ſtemmatis ad vnguē reprę ſentet ſpecimen; Hinc ſic totum irradiatur templum, huc vt homines conijcientes oculos, ſe quadam ſuauitate affici, ac cæli propè participes fieri ſentiant.

Paulò infra quaſi ex alto dimiſſum, prægrandibuſq; notis, inſtar Breuis inſcriptum othonium, lunenſi contextum marmore; ab vtroque capite Angelicis manibus ſuſpenſum; res à Summo Pontifice

tifice geſtas, quas, ſi quis omnes explicaret, iuſta non caperent volumina; commemorandas celebrandaſque cunctis ob oculos exhibet, ac manifeſtat: Aeternitati verò beneficiorum non immemor Romanus Senatus conſecrauit. Suſpice, & inſpice.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

Quod. Vrbem. graſſante. per. Italiam. acerbiſsimæ. peſtilentiæ. lue. incolumem. ſeruauerit. &. ſparſa. alicubi. contagionis. ſemina. properé. extinxerit. Quod. dominatum. Eccleſiaſticum. peropportunæ. ditionis. acceſsione. amplificauerit. Quod. Italiam. eductis. iam. ad. prælium. aduerſarum. partium. exercitibus. in. ipſo. pugnæ. procinctu. ſumma. felicitate. pacauerit. Quod. Romam. Aelia. Arce. in. meliorem. formam. redacta. magno. æneorum. tormentorum. apparatu. &. copioſiſsimo. armamentario. Fines. veró. Arce. Vrbana. á. fundamentis. excitata. Vrbesq;. alias. firmiſsimis. operibus. muniuerit.

niuerit. Quod. Traiani. Portu. . ad. Centumcellas. reſtituto; perfectoq;. varijs. opificiorum. vbiq;. inductis. rei. frumentariæ. inopia. ingenti. ſumptu. ſubleuata. quá. Templis. exædificatis. quá. refectis. ornatiſq;. iuſta. ac. temperata. vereq; paterna. dominatione. Populorum. commodis. vigili. cura. proſpexerit.

S. P. Q. R.

Aeternum. memoris. gratiq;. animi.
Monumentum. poſuit.
Anno. ſalutis. M.DC.XXXIIII.

Digitized by Google

Corrector Lectori S.

*E*mporeticum ſolium, quod typicis formis prius manu calcatur, quàm prælo mandetur, ut errata, ſi qua forent, abſque iactura emendarentur; bona fide corrigebam: omnia rectè, nihil mihi remoram faciebat, iuxtà enim ea, quæ mens ad Authoris præſcriptum imbiberat, curſim legebam; mox interiecto alicuius morulæ ſpacio, cæpi legere aliud quàm anteà non legeram: ſphalmata plura occurrebant; geminatæ, conglobatæ, inuerſæ, interciſæque litteræ; duæ in vnam coacernatæ dictiones abſonum, ac penitus nullum reddebãt ſenſum: Aliud folium correctius dabatur; nihilominus errores tanquam Sardos alium alio nequiorem ægris oculis, corrugatoque vultu ferebam: quos corrigendos infra damus. De comatibus, lineis, punctis, apicibusq. tibi, benigne Lector, non curandum; in his, quæ minima ſunt, Prætorem agas oportet. *Vale.*

In Curru.

Lege malæ *non* malas,	pag. 4
Felices, *non* felici.	6.marg
eriperet, *non* ereperet	16
ablegãdi, *non* obligãdi.	26.marg.
ridetur, *non* videtur.	28.marg.
noſtræ, *non* noſtra	32
indicat, *non* indicit	42
conteret, *non* conteres.	45

In eiuſdem Notis.

Lege perditiſſimæ, *non* perdetiſſimæ,	2
ad Rhedam, *non* ad Rhedæ.	6
lectionis, *non* lectiones.	13
emittat, *non* amittat.	18
precioſiores, *non* preciores.	25
olitores, *non* olitones.	34
vita, *non* via.	46
canis, *non* cauis.	60
frontis, *non* fontis.	88
lubrico ſusq. *non* lubricoſusq.	92
obſoleto, *non* abſoleto.	96.121
greſſus, *non* egreſſus.	121
curiſque, *non* cuiuſque.	124
ſedentes, *non* ſedentis.	13
obſoletior, *non* obſolentior.	146

ma-

maſtupratores, *non* meſtrupatores. 194

recenſet, *non* rereeenſet. 194

vuam, *non* vuuam. 199

In Elegia prima.

lege piger, *non* piget. 46

In Elegiæ 2. Notis.

lege inſaniente, *non* inſaniante. 202

timent, *non* timeat. 206

ſurrexiſſe *non* ſurrepiſſe. 210

ex acervo, *non* acervo. 211

Principum, *non* principium. 211

longeque, *non* longique. 215

in menta, *non* immenſa. 215

TERTIVM, *non* TERTVM. pag. 224

eos, *non* eis. 228

munire, *non* munere. 229

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google